

plum retulit. Cùm iuuenis quispiam virginem Deo dicatam tactu, iocis, nutibus, muneribus, & ceteris huius generis, quæ solent morituræ virginis esse principia, in amorem sui pellicere non potuisset, eadem ad magicam artem conuersus, quam Memphi didicerat, eò amoris puellam traduxit, vt abiecto amictu capitis, rotaret illa crinem, strideret dentibus, inclamaret nomen adolescentis, vsque adeò, vt magnitudo amoris in furorem verteretur.

7 **¶** Non desunt tamen, qui huic opinioni refragantur, inter quos est Ouidius, qui in libro de Medicamine faciei hæc scribit:  
*Sic potius nos tanget amor, quam fortibus herbis,  
 Quas magis terribili subsecat arte manus.  
 Nec vos gramimibus, nec misto credite succo:  
 Nec tentate nocens virus amantis equæ.  
 Nec medie Marsis finduntur cantibus angues:  
 Nec redit in fontes vnda supina suos.*

Sed & idem lib. 2. de Arte amandi, negat & eam carunculam, de qua locuti sumus, aut quamuis artem magicam conferre ad amorem conciliandum, cùm inquit:

*Fallitur, Aemonias si quis decurrit ad artes,  
 Dátque, quod à teneri fronte reuellit equi.  
 Non facient, vt vinat amor, Medeides herbæ,  
 Mistæque cum magicis Marsa venena sonis.  
 Quod postea exemplis Medeæ & Circes comprobatur, cùm subiungit:  
 Phasias Aefoniden, Circe tenuisset Vlysses,  
 Si modo seruari carmine posset amor.*

*Nec data profuerint pallentia philtrea puellis:  
 Philtrea nocent animis, vimque furoris habent.*

Idcirco monet fugiendum hoc genus artis magicæ, cùm subdit:  
*Sit procul omne nefas, vt ameris, amabilis esto.  
 Quod etiam probatur idem Poëta, libro primo de Remedio amoris, illis versibus.  
 Viderit, Aemonie si quis mala pabula terræ,  
 Et magicas artes posse iuuare putat.*

Propertius quoque libro secundo Eleg. prima, huius sententiæ est, cùm inquit:  
*Seu mihi sint tangenda nouerca pocula Phædræ,  
 Pocula priuigno non nocitura suo.*

Nam loquitur de poculis amatoris, quibus Phædra Hippolytum priuignum tentauit in amorem pellicere: sed nihil id in eam rem profuit. Sed & quod de Hippomane dictum est, asserit Aristoteles, lib. 8. de Natura animalium, cap. 24. figmenta esse mulierularum, & professorum carminis incantatorij. Virgil. quoque ad finem Pharmaceutriæ, satis ostendit carmina magica nihil ad eam rem valere, cùm scribit,

*His ego Daphnim  
 Agrediar: nihil ille Deos, nil carmina curat.*

Vbi & id annotat Seruius. Sed & D. Epiphanius Palestinus Eleutheropolites, libro aduersus hæreses 1. tomo 2. in 30. sect. tradit vanissimas esse huiusmodi amatorias incantationes, quibus scilicet sceminarum castitas impetitur, vbi nomen Christi, & signaculum crucis contra opponitur. Quod confirmat historia non contemnenda, vt ibi videre poteris. Quin & illa Sicilia constitutio, cuius initium est, pocula amatoria, friuolum reputat, & fabulosum, posse huiusmodi pocula ad amorem inducere.

8 **¶** Quo in loco in mentem venit historiæ celebris, & ad hunc ipsum locum pertinentis, cuius meminit Plutarchus in Præceptis conubialibus, ca. 24. Amabat Philippus Macedonum Rex puellam quampiam è plebe, faciliq; vtriusque fortuna longè dissimilis, obsequetrem eam Regi fecerat. Quod cùm rescisset Olympias eius vxor, id admodum egrè tulit: præsertim quòd ferebatur ea puella amatoris philtreis sibi

Contra ea que dicta sunt. Magicas artes ad amorem conciliandum prodesse.

Hippomane de quo supra.

Forma, uenustas, & alia id genus, philtrea sunt.

sibi Philippum conciliasse. Ideòque irata iussit clam domo extractam ad se puellam duci, eo quidem animo, vt carcere aliquo clausam, aut in longinquas regiones trans mare relegatam malè haberet. Productamque ante se, cùm speciosam, venustam, ingeniosam, elegantem, & omnibus modis ac numeris amabilem vidisset, Χαρέτωσαν, ἔπειτα ἰ Ὀλυμπιάς, αἰ διαβολαί. σὺ γὰρ ἦ σεαυτῆ φάρμακα ἔχεις. Valcant, inquit Olympias, calumniæ. Tu enim in te ipsa veneficiorum vim habes. nec iam puella amplius, aut marito suo irata fuit. In quam sententiam est & illud Menandri apud Stobæum Florilegij cap. 65.  
*Ἔντες ἄλκιδες φιλτρῶν δυνάμων πρόσωθ,  
 τὸ εὖ κατακράσει αἰσθὸς ἔωδεν γυνή.*  
*Inest verum philtrem, benigni mores,  
 Quo vincere virum solet mulier.*  
 Et certè hæc sunt vera amoris veneficia.

9 **¶** Quod autem superius scribit Naso, *Philtrea nocent animis, vimque furoris habent.* ex eo comprobatur, quod scribit Eusebius Cæsariensis, Lucretium Poëtam amatorio poculo in tantum furorem versum, vt se tandem propria manu interemerit. Sunt qui putent, vxorem illius huiusmodi poculum administrasse: & eam Luciliam vocatam, vtentes testimonio Hieronymi in Rufinum, cuius verba hæc sunt: Liuia virum suum interfecit, quem nimis odit Lucilia suum, quem nimis amauit: illa sponte miscuit aconitum: Lucilia decepta, furorem propinavit pro amoris poculo. De illo autem est & illud Politiani in Nutrit.

Amatoria in furorem uertit. Lucretius amatorio in furore uersus.

*Nec qui philtrea bibit, nimioque insanus amore,  
 Mox ferro occubuit, sic mentem amiserat omnem.*

Quòdque memoria prodiderunt Cornelius Nepos, & Plutarchus, Lucium Lucullum illum Imperatorem clarissimum amatorio item poculo à Callisthene propinato, primum aduersa mentis valetudine captum, deinde interemptum. Cuius rei meminit Plin. lib. 25. cap. 3. ad fi. Et quod tradunt Iosephus libro Antiquitatum vnde uigesimo, & Suctonius Tranquillus, Caium Caligulam à Cæsonia vxore potionatum, amatorio quidem medicamento, sed quod in furorem verterit. Quam rem etiam commemorans Satyricus Poëta, huiusmodi poculū confectum fuisse dicit ex ea pulli caruncula, de qua meminimus, cùm inquit,

Lucillus amatorio interemptus. Caligula amatorio in furore uersus.

*—Si non  
 Et furem incipias, vt auunculus ille Neronis,  
 Cui totam tremuli frontem Cæsonia pulli  
 Infudit.—*

Et idem alibi hanc quoque rem confirmans, cùm de alia re scriberet, vt supra diximus:

*Philtrea, quibus valeat mentem vexare mariti.  
 Sed & è nostris Hippo. Marfil. in d. l. eiusdem. §. adiectio. D. de fca. scribit homines sæpe mortem ex huiusmodi amatoris oppetere: cuius rei exemplum quoque habemus ex Aristotele, qui lib. 2. Moralium, scribit mulierem quandam viro cuiuspiam poculum amatorium porrexisse, ex quo is subinde decidit mortuus.*

10 **¶** Itaq; (vt hoc caput tandem finiamus) cùm ex iis rebus & furor & mors plerunq; contingat, cùm & omnes Christiani, & Ethnici, scriptores improbent, & quatum ad amorem pertinet, vanas & nihili esse ducant, vt ex Ouidio docuimus: cùm item leges nostræ seuerissimè vindicandas sanciant, vt habetur in d. leorum & in d. l. si quis aliquid. §. qui abortionis. D. de penis: cùm Decreta quoque canonica omnes artis magicæ præstigas, veluti execrabiles, arguant, & detestentur, atque anathemate feriāt, 26. q. 5. per totum. Adde & nos quoq; vxores, quæ huiusmodi philtreis & veneficiis in viros vtuntur, abominari, ac fastidire, vt & asserit Plutarchus in eo libello, quem de tuenda bona valetudine scripsit: vt non dissimili ratione conse-

Conclusio. Magice artis præstigia, execrabiles & puniende.



quens sit, vxores contra viros, qui hisce rebus vtuntur, detestari. Et sicut idem Plutarchus scribit in admonitionibus connubialibus, quemadmodum piscatio, quæ fit medicamentis, citò quidem & facilè piscem capit: sed cum labefactat, & mensæ minimè idoneum reddit: sic qui amatoriiis artibus carminibusque coniuges voluptatis causa subigere conantur, cum attonitis dementibusque & labefactis atatem agunt. Neque enim Circe (vt subdit) ab ea potionati quicquam inuenerunt: nec ipsa villa in re illis abutebatur: cum suum, a finorumque formam accepissent: Vlysses vero mente præditum, & prudenter cum ipsa versantè incredibile amore dilexit. Hæc ille. Ideo explodamus, atque valere sinamus huiusmodi magicas vanitates: quas (vt alibi diximus) familiares sceminarû artes appellat Apuleius, li. 9. amorèq; vxorû no stro in eas ipsas amore, in alias verò castimonia, quod iâ abudè admonuimus, atq; aliis honestis rationibus cõparare studeamus. Ideo & hæc legè cæteris subiiciemus:

Decimaquarta  
Lex cõnubialis.

CARMINIBVS, POCVLIS, ALIISQVE ID GENVS PHILTRIS MAGICIS, QVIBVS CREDITVR AMOR CONCILIARI, VIR ET VXOR PENITVS ABSTINENTO.  
SED MVTVO INTER SE AFFECTV, ALIISQVE HONESTIS RATIONIBVS, AMOREM PROVOCANTO, CONSERVANTO, AVGENTO.

IN DECIMAMQVINTAM LEGEM  
CONNVBIALEM, GLOSSAE PRIMAE PARS DECIMAQVINTA.



Amatorium ef-  
ficacissimū vxorem frequenter  
comprimere.

INTER CAETERAS autem rationes, quibus vxor maximè ad amorem maritalem inuitatur, sunt qui existimēt, nihil omnium rerum efficacius, nihilque in id plus habere roboris, quàm si fundum vxorium diligenter, impigrè, frequenter colas. Id enim faciēs, tamen si fueris horridus, deformis, squalidus, ab vxore tamen non vulgariter amaberis: quin & illa te colet, perinde ac Deum in terris alterum, & obseruabit. Alioquin si hoc videlicet desit, odio te & despectui habebit, quantuncun- que eam amaues, castumque atq; aliarum coitum abhorrentem præstiteris. Apud Plautum in Truculento, cum Stratophanes miles miraretur, Phronesium mulierem rusticum quendam ardentè deperire, mox eam audit, vt admirari desineret, hæc dicentem:

*Quantquam hic squalidus est, quanquam hic horridus, scitis bellum iniri.*

Contrà apud Apuleium libro quinto, de Afino aureo, scemina quædam virum exitiali odio prosequitur, quia rarenter palæstram veneream exerceret, suamque in ea re fortunam dolenter ac miserè deplorat. Ego verò (inquit) maritum rarissimè veneream meam recolentem sustineo. Vt rarissimum sit, ac miraculo proximum quod de Beronice illa legimus apud Iosephum Iudaicarum Antiquitatum lib. 2. cap. 9. eam Polemonem Lyciæ regem maritum suum repudiasse ob immodicum ipsius coitum: quòdque in sacris literis legitur Iudic. 19. mulierem quam- piam ex nimio virorum concubitu obiisse. Quod item scribit Iacobus Cito Episcopus Ilerdensis, in c. fraternitatis. de frigid. & malefic. fuisse suo tempore quem- piam Catalanum, ad eò potentem ad rem veneream, vt qualibet die cum vxore trigies concumberet. Quæ de ea re conquesta est apud Regem Arragoniæ, qui maritum accersuit, eumque an id verum esset interrogauit: qui id ipsum confessus est. Ideo ei prohibitum est sub pœna capitis, ne plus quàm sexies qualibet die vxorem cognosceret, ne ea in discrimen mortis incurreret. Quod & ipsum retulit Hieronymus Paulus Barchinius in Practica Cancellariæ Apostolicæ.

Beronice viri  
repudiavit, ob  
immodicum ip-  
sius coitum.

2 ¶ At illis equidem credo, vel sine testibus. Quis enim non credat mulieres eam rem sitienter appetere, nullaque re magis ad amandum allici. Sciòque esse multa, quæ

quæ forte isti nosse desiderant, quibus si vtantur, cum vxoribus certè & virilius, & frequentius congregentur, vel testimonio glo. in c. quicquid. 3. 2. q. 2. & Inno. in c. fraternitatis. col. 2. super verbo, commiscetur, extrà de frigid. & malef. & Bald. in c. à crapula, extrà de vit. & hone. cler. Horum quàm plurima passim prodidit Plinius in suo omnium vberimo opere de Naturali Historia, maximè verò lib. 2. 6. cap. 10. vbi & illud inter cætera scribit, Theophrastum autorem aliquo in grauem, tradidisse, septuageno coitu durare libidinè contactu cuiusdã herba. Locus autè Theophrasti, in quo hoc ipsum scribit, si quis fortè scire cupit, est in li. de Historia platarum 9. c. 2. vbi hanc herbam Indum quendam attulisse tradit, & hoc quoq; repetit Athenæus. Et de ea re loquens Hieronymus Cardanus, recondite vir eruditionis, libr. 8. de Subtilitate, dicit nolle se affirmare, an id verum sit, necne: postea verò nititur rationem reddere, qua id fieri possit.

Herba cuius-  
piam contactu  
septuagenum  
coitum fieri.

3 ¶ Multa item ipse Plinius ad eam rem commemorauit lib. 2. 6. cap. 10. & lib. 28. cap. 8. in multis locis, & iterum cap. 10. ad fin. & lib. 3. 1. cap. 5. & Galenus libro de Simplicibus 5. distinctione sexta, cap. 2. & Paulus Aegineta lib. 1. cap. 35. & seq. & iterum lib. 3. cap. 58. Aëtius Antiochenus Tetrabibli primo, sermone secundo, ca. 2. 37. & iterum Tetrabibli tertio, sermone tertio, capite trigesimo quinto, & Oribasius Compendij capite sexto, & Alexander Trallianus libro 9. cap. item 9. Marcellus Burdegalenus in lib. de Medicamentis, ca. 33. in diuersis locis. Haly Abbas lib. practicæ 8. cap. 5. & Auicenna 23. tractatu 1. cap. 17. 18. 19. 20. 21. & 22. & Rafis ad Almanforum, tractatu 5. cap. 6. & libro Diuisionum cap. 7. 9. & in Antidotario ipsius libri Diuisionum, c. 43. & rursum in lib. 2. Aphorismorum, paulò ante fi. vbi ad eam rem mirabilem (vt ipse dicit) medicinam tradit. & lib. Continentis 11. cap. 5. Constantinus Africanus, in lib. cui titulum fecit, de Coitu. & alter Constantinus Casianus in suo Viatico lib. 6. c. 1. Arnaldus à Villa uoua lib. Breviarj 2. c. 25. & in lib. de sterilitate, tract. 2. c. 3. & iterum c. 7. & copiosissimè in libello, cui de coitu titulus est. & Barptolemeus Montagna. in suis consiliis (eò enim vsque processit Medicorum mos, vt consilia, sicuti & nostri legum interpretes ediderint) consi. 15. incip. labilis humanæ naturæ compago, parte 3. c. 6. & iterum consi. 20. 2. cuius initium est, rationabiliter contemplanti, per totum. & copiosissime omnium Michael Saonarola tract. 6. c. 2. o. titulo de spermate, & eius dispositionibus, post prin. & iterum titulo de diminutione coitus, & Antonius Guarnerius, quem vulgò Guaynerium vocat, in lib. de Acgritudinibus matricis, cap. 25. Et Manardus lib. 11. Epistol. Medicinalium, cap. 2. Sed ita vt non præteream, quod à Plinio relatum est lib. 2. 1. cap. quoque 2. 1. in fine, Ramo abrotoni, si subiiciatur puluillo, Venerem stimulari, efficacissimamque eam herbam esse contra omnia veneficia, quibus coitus inhietur. Sed & omnes ferè Medici propria de ea re capita suis operibus inferuerunt.

4 ¶ Sed & Poëta in eam quoque rem multa passim scripserunt, sed aliqua in vnum veluti corpus congescit Ouidius lib. 2. de Arte amandi, illis decem versibus:  
*Sunt qui precipiant herbas satureia nocentes,  
& quæ sequuntur. Et Valerius Martialis in eo carmine,  
Sed nihil eruce faciunt, bulbique salaces,  
Improba nec profunt iam satureia tibi.  
Et cætera quæ sequuntur.*

5 ¶ Cæterum hac in re non prætermittendum ducimus vnum illud, quod admodum mihi mirandum visum est, nonnullos esse eius naturæ, vt ad coitum plagis & verberibus feruentiores reddantur. Cuius tamen rei fides sit penes Cælium Rhodiginum, qui libro 11. Læctionum antiquarum, capite 15. postremæ editionis hæc scripsit: Non multis abhinc annis vixisse quendam, in veneriis non gallinacæ salacitatis, verum ingenij stupendi maximè, qui quò pluribus plagis affe-



atus fuisset, eò impetuosiùs, ardentiusque in concubitus præceps ferebatur. Fuit omnino mira res: nescires, vtrum affectaret auidius verbera, an coitum, nisi quòd illorum menſu libidinis voluptas conſtabat. Proinde extentis precibus difflagellari ſe expoſcebat, pridie, quàm id pateretur, flagello aceti aſperitate obdurato. Quòd ſi concuberator lentiùs agere foret viſus, veluti extimulante rabie, conuiciis eum inceſſebat: nec factum ſibi fatiſ arbitrabatur, niſi inter cædendum ſanguis ſeſe oſtendiſſet. Quinetiam Otho Brunſelſius in Onomaſtico Medicinæ, in verbo, Coitus, tradit apud Monachum Bauariæ quendam adhuc ſuperſtitem viuere, qui cum vxore ſua rem habere non poteſt, niſi acriter antea caſus.

6 ¶ Verùm cùm medium ferè ſemper aliàs ſit tenendum, vt vbique conclamant leges noſtræ, in ea reſecutæ Peripateticorum ſententiam, qui mediocritatem auream (ſic enim eam vocat Horatius libro Carminum 2. Ode 10.) in omnibus ferè rebus optimam exiſtimant, vt ſcribit Tullius libro quarto Tuſculanarum queſtionum: tum verò in hac coitus ratione ſeruandum eſſe tradit Ariſtoteles libr. 4. de Generat. animalium, cap. 2 & magis quidem arbitror in ea re, quàm fortaiſe aliis in rebus. Nihil enim magis vires corporis atque animi debilitat, ſubneruat, frangit, labefactat, quàm ſuperflua immoderatæque libido. Nam quod ad corpus pertinet, compertum eſt, atque experientia propè quotidiana comprobatum, animalia quæque eò eſſe breuioris vitæ, citiusque ſeneſcere, quò plus crebriùsque coeunt. Et hoc quoque aſſerit ſummus in omni celeritate vir Ariſtoteles libr. 7. de Hiſtoria animalium, cap. 1. & in lib. quem de Breuitate, & longitudine vitæ compoſuit. Columella libr. 7. cap. 6. de hirco loquens, Eſt autem (inquit) menſium ſeptem fatiſ habilis ad procreandum, quoniam immodicus libidinis, dum adhuc vberibus alitur, matrem ſtupro ſuperuenit: & ideo celeriter, & ante ſex annos conſeneſcit, quòd immatura Veneris cupidine primis pueritiæ temporibus exhaustus eſt. Sed & id in vniuerſum aſſerunt, Rafis ad Almanſorem libr. 4. cap. 17. & Auerois in Canticis, commento 156. & Haly Rodoan nobiliſ Galeni interpres in 3. Technes, commento 36. & Albertus Magnus libr. 15. de Animalibus, tractatu 2. cap. 6. & iterum autoritate Auicennæ, & Conſtantini libr. 2. c. 4. & Arnaldus Villanouanus in Speculo. & Valeſcus à Tarento in ſua Practica, quam Philonium vulgò nuncupant, libr. 6. c. 3. in 7. articulo. Quod & Cicero adſtruit, in lib. de Senectute dicens, Libidinoſa intemperansque adoleſcentia, effectum corpus tradit ſenectuti. Et huc quoque vergit Græcus ille Menandri ſenarius: *Βίη σαρῆς πῆφονος ἀδελφῶν γυνή.* Id eſt, *Vite raritas naturaliter eſt viriſ mulier.* Quafi videlicet virorum vita ex foeminarum congreſſu minuatur. Nam id malo ad vitæ raritatem, quàm ad victus penuriam, (quod plerique faciunt) referre, cùm verba magis conueniant, & ſit aptior ſententia.

7 ¶ Eſt & Heſiodi ſententia in Theogonia, minimè ducendam vxorem ei, qui ſeneſcere cupit. Nam & idem libr. 2. Operum & dierum, ſcribit vxorem abſque titione virum quantumlibet fortem vrere, crudæque tradere ſenectuti: *--ἢτ' αἰδῶσα καὶ ἰφθιμὸν πρὸς ἰοῖτα*  
*Ἐνδ' ἀπὸς Δαλῆς, καὶ φὶ οὐκὸν γῆραι δῶκεν.*  
Nam quod dicit, ſine titione, ſiue torre, potes intelligere, occulta, ſiue tacita quadam vi, & non intellecta: vt non abſimiliter Iuuenali dicitur Satyra 9. *--Obrepiſt non intellecta ſenectus.*  
Et Auſonio ad Gallam iam ſeneſcentem: *--Obrepiſt non intellecta ſenectus.*  
Nam & Ouidius eodem ſenſu libro 6. Faſtorum illud ſcribit: *Tempora labuntur, tacitiſque ſeneſcimus annis.*  
Et libro 2. de Arte amandi:

Medium tenendum.  
Mediocritas aurea.  
Mediocritas omnibus in rebus optima.  
Coitus vires corporis labefactat.

Coitus vitæ abbreviat.  
Coitus ſenectutem accelerat.

Senectus non intellecta.

*Iam veniet tacito curua ſenecta pede.* Et Columella:  
*--Tacito nam tempora greſſu*  
*Diffugiunt.--*  
Eamque ſententiam Heſiodi (vt ad eum reuertamur) ex eo repetit Plutarchus in libro de Cupiditate diuitiarum. Illique concinit illud Cornelij Galli de Lycoride (ſi eſt) ſunt enim plurimi qui id negant, quibus faciliè crediderim: *Iamque alios iuuenes, aliſque requirit amores:*  
*Me vocant imbellem, decrepitumque ſenem.*  
*Nec meminiffe volent tranſactæ dulcia vitæ,*  
*Nec quòd me potius reddidit illa ſenem.*  
Illudque Ouidij libr. 1. Faſtorum,  
*Te quoque mexinctæ Silene libidinis vrunt:*  
*Nequitia eſt, que te non ſinit eſſe ſenem.*  
Nequitiam enim antiquiores pro libidine propriè dicebant. Propertius libro 2. *Nequitia prolibidine.*  
*Quòd ſi tam facilis ſpiraret Cynthia nobis,*  
*Non ego nequitia dicerer eſſe caput.*  
Et Ouidius libr. 2. Amorum, Elegia prima:  
*Ille ego nequitia Naſo poeta meæ.*  
Sed & hanc noſtram principalem ſententiam reſpicit illud Theocriti in Aita: *Redit ad inſtitutum.*  
*--ὄϊ δὲ πρὸς ὄψιν ἐν ἰσὺαλὲ γυμνασίου.*  
Id eſt ex traductione Eraſmi:  
*Verùm quos amor angit, in vna luce ſeneſcunt.*

8 ¶ Sed & Diuus Chryſoſtomus in ea Homilia, cui titulus eſt, Quòd nemo læditur niſi à ſeipſo, Qui (inquit) in libidine vitam ducunt, reſoluta quidem corpora, & omni cera molliora circumferunt, atque agmine quodam infirmitatum repleta: quibusque ad cumulum malorum podagra tremor, & immatura ſenectus ſuccedit: & eſt eis vita ſemper cum medicis, & medicamentis. Antonius quoque Florentinus Archiepiſcopus, doctrina, quàm dignitate, clarior, in ſecunda parte Summæ, titul. 5. cap. 1. verſic. 3. conſumit, arbitratur hanc vnam eſſe ex rationibus, quare homines priſci ſeculi erant viuaciores, diuturniorèſque, & longæuioreſ, atque etiam robuſtiores, quàm viri ſequentis ætatiſ: quoniam videlicet illi non tam rei veneræ indulgebant, quàm iſti, tardiùsque matrimonia capeſcebant. Propterea Solomon quamuis vnus ſolum, & quinquaginta annorum eſſet, cum è vita deceſſit: tamen eum ſenem, vel longè ante mortem, vocitant ſacræ literæ. 3. Regum, c. 11. poſt prin. vt pote cui ſenectutem frequens coitus cum tot vxoribus, & concubinis ante tempus accelerauerat.

9 ¶ Et hæc quidem communia ſunt omnibus animantibus. Hinc enim ſit, vt Ariſtoteles tradit in eodem libro de Breuitate vitæ, vt mulus longæuior ſit, quàm equus, & aſinus, ex quibus procreatus eſt, quia nullus eſt Veneris vſus. Paſſeres quoque breuiuſculæ ſunt vitæ, quoniam ſalaces ſunt, & in libidinem proni. Et hinc quoque autumant plerique, palumbes diutiùs viuere, quàm columbas, illas ſcilicet ad triceſimum & quadrageſimum annum, has ad octauum, vt ſcribit Ariſtoteles libro 6. de Natura animalium, cap. 4. & Plinius libro 10. cap. 35. nempe quòd illæ iſtis ſunt multò ſalaciorèſ. Id quod non obſcurè ſentit ipſe Plinius, c. ſequent. dum veluti addens ad id, quod de vita columbarum ſcripſerat, in c. præcedenti, ita ſcribit: Contra paſſeriſ minimum vitæ, cui ſalacitas par. Cuius rei ratio eſt, vt tradit Albertus libro de Animalibus 9. tractatu 1. cap. 2. quoniam ſubtile, & calidum humidum exit per coitum: remanètque viſcoſum, frigidum, humectans, & non augens. Illud autem cauſa eſt canitici, & ſenectutiſ. Quod & ſentit Ariſtoteles in loco nouiſſimè allegato, cùm dicit calidum, & humidum eſſe cauſas longæ vitæ. Quanquàm & alia quoque ratio reddi poteſt. Eſt enim genitale ſemen, ſuperfluitas quartæ digeſtionis, vt paulò poſt dicemus.



Nam calidum concoquens plus sæpe digerit, quàm sit necessarium ad corporis nutrimentum. Et illud quidem superfluum fit semen: quo prorsus egesto, id tandem emittitur humidum, quod alimento fuerat à natura destinatum: vnde exiccatio consequitur, & tandem mors.

**10** *Homo plus cæteris animalibus ex coitu læguescit. Semen an ex omni parte corporis.* ¶ Homo autem omnium maximè animalium ex frequenti coitu dissoluitur, læguescit, exhauritur, vt est testis Aristoteles in Orbicularibus quæstionibus, sectione 4. c. 6. ea videlicet ratione, quoniam semen proportionè corporis plurimum emittit, vt & ipse scribit lib. 3. de Generatione animalium, c. vltim. & de Natura animalium lib. 7. c. 2. Et idem in eadem ipsa sectione 4. c. 21. Cur (ait) qui concumbunt, magna ex parte resolui atque languere solent? An quod semen omni ex parte corporis secretio est? &c. An tamen id verum sit, vt semen ex omni parte corporis discernatur, latè disserit ipse Aristoteles lib. de Generatione animalium 1. c. 17. & seq. & Hippocrates, siue, vt placet Galeno, Polybus in lib. *ἄσπι γυνῆς*, id est, de genitura, in princ. vbi asserit huius rei argumentum esse, quòd cum re venera vsi sumus, tam parua re dimissa adeò delassamur, vt dici nequeat. Sed & illud de secretionè spermatis ex toto corpore, latè confirmat Censorinus, qui multas antiquorum in eam rem sententias adfert, in lib. de Die natali, & Auicenna 20. tertij tract. 1. c. 3. de causis spermatis & ibi Gentilis Fulgineus, & Albertus Magnus lib. 15. de Animalibus, tract. 2. c. 1. 2. & 3. & Petrus Apo. in conciliatore dif. 34. Et ante hos Sphærus Bosphoranus apud Laërtium in Zenone Citico.

**11** *Spermatis minimè emissum maximam debilitatem facit.* ¶ Sed vt redeamus ad negotium propositum, ipse Aristoteles de Generatione animalium lib. 1. c. 28. tradit manifestam dissolutionem, & imbecillitatem consequi, vbi vel minimum spermatis secesserit, quasi corpus eo sine priuctur, qui demum ab alimento afferatur. Et paulò post: Plurimis, & magna ex parte ita accidit, vt Venere exoluantur debilitenturque. Auicenna autem lib. 3. de Animalibus, c. vlti. asserit hominem ex coitu vsque adeò debilitari ac discolorari, vt si quadragies tantùm sanguinis emitteret, non tantùm pallesceret, atque tabesceret.

**12** *Semen ex optimo sanguine. Sperma, spuma probissimè sanguinis.* ¶ Hoc idèd plerique fieri autumant (vt hanc rationem prioribus adiiciam) quoniam sperma ex sanguine optimè decocto digestòq; quarta ac nouissima digestionè gignitur, vt voluit idem Auicenna d. c. 3. de Causis spermatis, & Albertus, d. lib. 15. tract. 2. c. 5. & 6. & alibi sæpe: & Pythagoras apud Plutarchum, de Placitis philosophorum, lib. 5. Sperma (ait) probissimè sanguinis esse spumam, alimenti retrimentum, vt sanguinem quoque, & medullam. Et Aristoteles lib. 1. de Generat. animal. cap. 18. & seq. tradit ipsum semen esse excrementum vltimi alimenti sanguinei

**13** *Sperma sanguis.* ¶ Quin Soranus Ephesus in Isagoge, c. 16. scribit semen virile sanguinem esse: in idque Galenus lib. 2. de Semine, scribit semen nihil aliud esse, quàm sanguinem à venis, quæ ipsum continent, exquisitè confectum. Quod & ipsum propemodum voluerunt Erasistratus & Herophilus, apud Octauium Horatianum lib. 4. Rer. medicarum. Hincque Iuuenalis Satyra 1. sperma sanguinem vocat: *Partes quisque suas ad mensuram inguinis hæres, Accipiat, sanè mercedem sanguinis* — Hicque referri potest illud Osee 4. Adulterium inundaui, & sanguis sanguinem tetigit. Nam & alibi sæpe in sacris literis sanguis pro lididine accipitur. Psalm. 51. Libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis meæ: & Ioan. c. 1. Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.

**14** *De eadem re.* ¶ Hincque etiam nati ex nobis & nostris, dicuntur noster sanguis, vel teste Virgilio lib. 6. Aeneid. *Proijce tela manu sanguis meus.* — Et Horatio in Arte Poëtica:

*Vos ò Pompilius sanguis.* — Et Persio Sat. 1. *Vos ò patritius sanguis.* — Et hinc quoque fratres eodem patre geniti dicuntur Consanguinei, tum nostris legibus, vt probatur ex l. 1. §. consanguineos. D. de suis, & legit. cum sim. tum aliis scriptoribus, vt probauimus in nostro Tractatu Retractuum, titu. 1. §. 1. glof. 9. in verbo, *ou lignagier*, numer. 4. incip. his igitur. Ex quo etiam Sophocles huiusmodi fratres sæpe vocat *δυναίους*, veluti eiusdem sanguinis, *αἷμα* enim sanguis est.

**15** ¶ In sanguine autem magna est vitalitatis portio, emissusque spiritum trahit seculum, quem admodum scribit Plinius lib. 11. c. 37. Ideo Galenus libr. de sanguifugis, c. postremo, scribit, non salubre esse venam sapius incidere. Nam cum sanguine simul discedit & vitalis spiritus. Quod & intelligens Virgilius ille nullius rei ignarus, lib. 1. Aeneid.

*Sanguis maxima vitalitatis portio.*

— *Tuæque animam hanc effundere dextra.* Quo in loco Seruius interpres, Secundum, inquit, eos, qui animam sanguinem dicunt esse. Et rursus lib. 2. Aeneidos de Polite animam efflante:

*Concidit, ac multo vitam cum sanguine fudit.* Quo in loco Seruius interpres, Ex opinione (inquit) eorum, qui sanguinem vitæ sedem volunt. In idque referri potest illud eiusdem Virgilij lib. 10. Aeneid. de Pallante:

*Sanguis vitæ sedes.*

*Vna eademque via sanguisque animisque sequuntur.* Quo etiam in loco interpretes dicunt, illic animum pro anima positum. Et clarius illud eiusdem libro 10.

*Vndantique animam diffundit in arma cruore.* Vbi & ipse Seruius idem dicit, quod supra ex eo diximus, sanguinem esse sedem animæ: citatque proximum illum versum. Cicero in Oratione pro Sexto Roscio, vtrunque copulat, scilicet sanguinem & vitam: Sanguinem & vitam ne petat. Nam & Diuus Augustinus tradit in lib. Quæstionum Veteris, & Noui testamenti, & repetunt Decreta canonica in c. Moyfes. 32. q. 2. animam in sanguine habitare. Quod & antè dixerat Diuus Epiphanius libr. Hæresion 1. to. r. secta. 9. & iterum lib. 2. to. r. secta. 56. in id priore illo loco referens illud Gene. 4. Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Sed id clarius declarat, quod scribitur Leuitici 17. c. non vno in loco, animam omnis carnis in sanguine esse.

**16** ¶ Proinde in sacris quoque literis sanguis pro anima plerunque ponitur, tamen anima ipsa non est, vt Deuteron. 12. c. & alibi sæpe. Quod & annotat Diuus ipse Augustinus lib. 3. Quæstionum in Leuiticum, c. 57. Ex quo Diuus Hieronymus (si eius sit vulgata editio) Genesis cap. 9. id quod in Hebræo sermone legitur, *הַחַיָּה לֹא יֵאָכְלֶנָּה בְּדָמָהּ*. Id est, excepto, quòd carnem in anima sua, in sanguine suo, non comedetis. ita vertit, excepto quòd carnem cum sanguine non comedetis. Quod idem est cum eo quod supra diximus ex litera Hebraica. Est enim idem anima & sanguis in ea lingua. Omisit autem ille interpres alterum, ratus, quod & verum est, (vt etiam annotauit Augustinus Eugubinus) vtroque nomine tam animæ, quàm sanguinis, idem significari. Ex quo & Auen Esdra, eum locum interpretans, Hebræicè quidem, sed in hanc sententiam scribit: Carnem cum anima sua ne comedatis. Horatius lib. Carmi. 1. Ode 24.

*Sanguis pro anima.*

*Non vane vedeat sanguis imagini.* Vbi Acron interpres id quoque expendit, adducens & illud Virgilianum lib. 9. Aeneidos:

*Purpuream vomit ille animam.* — Quo etiam in loco Seruius interpres, Secundum eos (ait) qui dicunt animam esse sanguinem. Nam & Lactatius lib. de Opificio Dei, c. 17. & Nemesius Philosophus in li. de Natura hominis, scribunt, ex Philosophis nonnullos sanguinem animam dixisse. Hi autem sunt Diogenes, & Critias, vt tradit Gregorius Nicenus, lib. de anima,

*Sanguis anima ex quorundam op.*



anima, cap. 1. Empedocles autem dicebat animam principatum esse in sanguinis concretionem, ut tradit Plutarchus in Placitis Philosophorum. At Cleanthes Chrysiptus, & Zenon, ex sanguine esse dicebant, substantiam autem eius esse spiritum, ut prodit Galenus lib. 2. de Hippocratis & Platonis placitis.

18 **H**incque exanguis mortuos vocamus, hoc est, sine sanguine, uti & exanimis, id est sine anima. Virgilius lib. 2. Aencidos: *Exanguis mortui.*

*Corpiſque exangue ſepulcro Reddidit Hectorum.* Et libr. 9.

*Nec minor in caſtris luctus, Rhamneta reperto Exanguis.* Et libr. 11.

*Labitur exanguis.*

Nam ut scribit Lactantius, aut (ut alij vocant) Lucretius, Statij interpres, in libr. 6. Thebaïdos: Sanguis propria videtur esse animæ possessio: unde exanguis mortuos dicimus. Ideo, ut redeam, Iuuenalis huic quod supra num. 13. ex eo diximus, subiungit: *Et sic*

*Palleat, ut nudis presit qui calibus anguem.*

Nam ut immodicè concumbentes palleant, & attenuentur, utique necesse est, propter exhaustum sanguinem: qui & vitam nobis, ut iam dictum est, & colorem super peditat, ut palam est omnibus, & scribit Aristoteles libro Ambiguitatum orbicularium vlti. c. 9. Nam & homines pallidos fieri ex coitu tradit item Aëtius, 1. Tetrabibli, Sermone 3. c. 8.

19 **Q**uæ cum ita sint, ideò Auicenna d. tract. 1. iam supra sapiens citato, c. 11. & iterum in Canticis, scribit, nullam euacuationem huic esse similem. Cui subscribens Haly Abbas in 5. Theoricæ, c. 36. Non est (ait) sperma, quemadmodum aliæ superfluitates, quibus omnino natura non indiget: qualia sunt emunctioes, sputa, sudor, vrina, & similia: sed ex meliori fit, quæ in corpore est, substantia, ac laudabiliori. Quod sumpsit ex Galeno, qui lib. 3. de Spermate, c. 1. scribit vile superfluitatis esse sperma. Et subdit Haly paulo post: Generatur sperma ex claro puroque sanguine, quo principalia, & prima membra vescuntur. Et iterum post pauca concludens: Cum igitur coitus mensuram exceſſerit, licet non tanta eo quantitas, ut phlebotomia, vel aliter, euacuetur: vehemens tamen accidit inde virtutis dissolutio.

20 **N**ec hoc visum prætereundum, quod in hanc sententiam Pythagoras dicebat, De eadem re. *Concubendum ei, qui infirmior esse uult.* omni tempore venerea esse grauius, & ad sanitatem minimè idonea. Et aliquando interrogatus, quando esset concubendum, Tunc (ait) cum teipso infirmior esse vis, atque debilior. Autor vtriusque Laërtius. Idem admonere solebat, *μη συνκινῶν τὸ ἀσθενέστερον τὸ ἀσθενέστερον: μὴ δὲ συνκινῶν τὸ ἀσθενέστερον τὸ ἀσθενέστερον.* Id est, ex Gesneri translatione apud Stobæum cap. 17. Ne sæpe homo ab homine: hoc ænigmatice frequenti ueneriorum vsu interdicens. Cliniam quoque sectæ Pythagoricæ Philosophum dicere solitum accepimus, tum adeundam esse mulierem concubitus causa, ubi nocuentis exponere te destinatis. Cornelius item Celsus, omnium Medicorum Latinorum elegantissimus, statim in initio libri primi: Concubitus (inquit) frequens, corpus soluit. Paulus Aegineta libr. 1. c. 37. scribit frequentem concubitus, corpus reddere *ἀσθενέστερον, ἰσχυρότερον, ξηρότερον, καὶ ἀσθενέστερον*, id est, rarius, frigidius, aridius, & imbecillius: quod & antè scripserat Oribasius Sardinianus lib. Euporiston 1. c. 2. 2. & ante vtrunque Galenus lib. de Sanitate tuenda 3. Hippocrates autem lib. 2. *πρὸς Πυθαγόρα*, tradit Venerem emaciare, humectare, calefacere: primum scilicet propter euacuationem: alterum propter humidum liquesfactum, quod in corpore remansit: tertium, propter laborem & frigidam excretionem. Aëtius Tetrabib. 3. c. 8. scribit omne hominis robur vsu coitus reddi debilius.

21 **E**piscurus voluptatis alioquin assertor, & Democritus Abderites, damnarunt Venerem

Venerem, ut in qua homo alius, ut hic dicebat, exiliret ab homine. quod concinit ei, quod diximus ex Pythagora. De Epicuro testis est Galenus lib. 3. eius Commentarij, qui inscribitur *ἰατρικὴ τέχνη*, cap. 35. inquit, Venerorum verò secūdum Epicurum nullus est vsus salubris. Quod & ex eodem tradit Sabinus, & ipsemet Galenus in Commentarijs in lib. 3. Morborum vulgariū Hippocratis, quo loco de Pythione disserit. Et id fortasse opinabatur ipse Epicurus, quoniam & ipse putabat sperma esse animæ, & corporis ablationem violentam, ut prodit Plutarchus libro vltimo de Naturalibus Philosophorum decretis, ca. 3. De Democrito autem autor est Plinius lib. 28. c. 6. ubi & hoc subiungit: Est hercule raritas Veneris vtilior. Scribit Plutarchus in Symposiacis, Zopyrum Gordiensem medicum tradidisse in hac concubitus ratione vtendum festiua Thaletis elusione, quem cum mater impotenti ad nuptias sollicitaret, ita eam eluisse ferunt, *ἄνω λαγὸς δὲ ὑπὲρ*, id est, nondum opportunum, siue tempestiuum est, o mater. Simili modo, & ad venerea (inquit) affici debemus, ut cubitari illud succinamus, Necdum accommodum est: ritidem & a somno excitati, *ἐκ ἐλ λαγὸς*, id est, iam effugit occasio. admonens ita Zopyrus, nunquā esse coitum accommodum. Illud autē Thaletis scriptū est à Stobæo, cap. 66. & Diogene Laërtio in vita illius. Qui & in Diogene Cynico (ut illud obiter dicam) simile quippiam dixisse eum tradit. Rogatus enim ille à quopiam, quo tempore duenda sit vxor: Iuuenibus (inquit) nondum, senibus verò nunquā.

*Sperma anima & corporis uiolenta ablatio. Concubitus nūquam tempestiuus.*

22 **S**ed ut redeamus ad Plutarchum, is in eo libello, quem *πρὸς ὕγιανόν*, quasi dicas, de tuenda bona valetudine, scripsit, commendat illud nescio cuius, *προφῆνης ἀκαθῆν, ἰγ πόνου ἀκονῆν, & ἀσπυαῖ* *ἔστιν σπυρῆσις, ὁ γεννῶν τὰ τέκνα.* Id est, Vesci citra saturitatem, impigrum esse ad laborem, vitale semen conseruare, res esse saluberrimas. Nam (ut subdit) coitus immodicus, propterea quod maximè vim eam extrahit, quæ cibis concoquitur, plurimum superfluitatis, & redundantiæ gignit. Et in alio loco eiusdem libri: Si Venus in corpore malè, & præter naturam affecto miscetur, his etiam qui nondum certum vitium, aut corruptionem acceperūt, phlegma, bilisq; mouet, exagitat, magisque ac magis excitat. Idem rursus in libr. cui titulus est, An brutis inſit ratio: Citra Veneris (inquit) cupiditates quis se bene habere potest. Ideo licet naturales sint, non tamen necessaria: Porphyrius quoque lib. 1. de Abstinentia ab esu carnium, negat omnino venerea ad sanitatem cōferre. Rabbi Moyses in lib. de Regimine vitæ, ex autoritate Auenzoar: Quicumque (ait) cupit sanitatis continuationem, non assumat coitum in mente sua, nec recordetur ipsius, quantum poterit.

*De eadem re. Coitus incommoda.*

23 **E**x his fortè Epicuri, Democriti, & asseclarū placitis, Auerrois & Philosophus, & Medicus non contemnendus Collig. 6. cap. 7. scribit plurimos sapientum prohibuisse vsu coitus in cōseruatione sanitatis: quoniam propter minimum quæque errorem euacuationis ipsius, maximum fit nocuentum. Et in eodem c. Coitus (inquit) desiccet corpora, virtutes debilitat, & corpus euacuat. Rasis quoque in lib. supra citato ad Almanforem 4. cap. 17. Coitus multus, & frequens, corporis vires destruit, corpusq; corrumpit, & debilitat. Cui consentaneum est illud Lucretij & Physici & vatis egregij, lib. 5. de Rerum natura: *Et Venus imminuit vires.*

*De eadem re. Coitus usus in cōseruatione sanitatis prohibetur.*

Illud quoque Maronis libr. 3. Georg. quem omnium disciplinarum peritum vocat Macrobius lib. 1. Saturnalium: *Sed non vlla magis vires industria firmat, Quam Venerem, & cæci stimulos auertere amoris.* Et alibi: *Vt Venus enervat vires, sic copia vini, Et tentat gressus debilitatq; pedes.* Quibus concinens Callius Aurelianus lib. Chronion 5. c. postremo, Veneres (inquit) vsus effeminat membra, atque fortitudinem tollit. Et antè, scilicet lib. 3. cap. 5. dixerat Venerem esse neruositatis vexabilem, quippe cum fortitudinem corporis tollat. Et Seruius in lib. 5. Aen. interpretans locum illum eiusdem libri,



Venus Aphro- dite cur dicta.

Fas omne est, Cytherea, meis te fidere regnis, Unde genus ducis. -- scribit Venerem Ἀφροδίτην dictam à maris spuma, quia & φρός dicitur, ex qua ea nata est: quod scilicet omnes vires vsu venereo debilitantur, qui sine corporis damno non geritur. Ergo (inquit) de damno orta est Venus. Quamquam sunt, qui aliò hanc Veneris appellationem referunt, vt diximus in 9. lege connub. nu. 167. incip. nam & hinc. Et Columella de canibus loquens lib. 7. ca. 12. negat huiuscemodi animalibus ante annum permittendam Venerem, vt quæ carpit & corpus, & vires, animòsque degenerat.

24 De eadem re. Castra unde dicta. Mulieribus castra intrare non licere.

Idem è nostris comprobatur Lucas Pen. in l. sicut. col. 1. C. de eroga. mili. anno. li. 12. dum dicit, castra à castrando dicta, quoniam milites castè debent viuere. Luxuria enim eneruat vires. Ideo Quintilianus (vt ille subdit) in Milite Mariano: Meretrices ab exercitu summouentur: intrare castra foeminis non licet. Cui consentiens Seruius lib. 5. Aeneidos tradit castra dicta quasi casta, vel quòd illic castraretur libido. nam nunquam iis intererat mulier. Ex quo etiam est illud Propertij libro 4. in Epistola Arethuse ad Lycotam: Romanis vti nam patuissent castra puellis, Essem militie sarcina fida tue.

Puerorù concubitus unde apud Italos ortus.

Et hinc quoque Athenæus & Suidas Veneris masculinæ inuentum in Italos retulerunt, qui belli tēpore per leges in castris foeminas habere prohibebantur tanquam scilicet pueris eo tempore abuti licuerit. Quod tamen non admittit Gregorius Gyraldus, Historiæ Poët. Dialogo 1. Polyenus autem lib. 8. Stratagematon ad Antoninum & Verum Imperatores, scribit Scipionem omnes meretrices è castris eiecisse, iussisseque eas in urbem conuiuuii deditam recedere.

25 Milites ceteris castiores esse debere. Venus rebus bellicis interdita.

Cæterum Cardin. Alexan. in c. si gens. § 6. dist. no. ex eo. text. vacantes libidini esse aliis in bello deteriores. & Angel. in l. miles ita heredem. §. mulier. D. de milit. testa. no. etiam ex eo. text. qui prohibet militem relinquere mulieri, in qua sinistra suspicio cadere potest: quòd maior castitas in militibus requiritur, quam in paganis, vt sint fortiores, & audaciores. Et in idem est text. in l. 2. C. de donatio. inter vir. & vxor. qui prohibet milites donare suæ focariæ. Nam milites meos (inquit Imperator in eo loco) à focariis suis fictis adulationibus spoliari nolo. Et huc quoque respicere potuit Homerus apud quem lib. 5. Iliados Iuppiter Veneri rebus bellicis interdicit, tanquam his maximè aduersanti: quòd Veneri dediti non sint bello idonei. Huius carmen est huiusmodi:

Ὅν τοι τέκνον ἐμὸν δέδωκα πολέμια δῖρα: Ἄλλ' ἄστυ' ἐμὸν ὄντα μετ' ἄρχεο δῖρα γάμοιο.

Quod & ex eo expendit Plutarchus in lib. πδ. ἢ ἄδουμίας, id est, de tranquillitate animi. Nam quòd apud Lacedæmonios Venus armata coleretur, aliò spectabat, vt videre licet apud ipsum Plutarchum in Apophthegmatis Laconicis, tū in Charillio, tum alibi, & in lib. de Fortuna Romanor. & Lactantius lib. 1. cap. 20.

Athletas uenere abstinere.

26 Sed (vt redeamus) D. Augustinus lib. 2. o. aduersus Faustū Manichæum, tradit Poët. scribere Venerem non quidem Martis esse vxorem, sed adulteram: quia ea beligerantibus incongrua est. Plato autem in suis Legibus lib. 8. scribit Iccum Tarentinum, Athylum, Chrysonem, Diopompum, & alios athletas, tamesi robore, & bona habitudine corporis prouiores in libidinem essent, tamen victoriæ cupiditate, quam consequi ex Olympiis, aliisque certaminibus cupiebant, nullam vnquam in toto exercitationis suæ tempore Venerem cognouisse. Quod & omnes athletas facere solitos tradit Galenus lib. 6. de Locis affectis, haud multò ante fi. Et de Icco testimonium quoque perhibuit Aelianus lib. 11. Var. Histor. statim post princi. Ex quo Simplicius in Commentariis, quos edidit in Enchiridion Epicteti, cap. 43. Athletæ (inquit) à Venere abstinent amore oleaginæ coronæ, quæ in Olympiis dabatur. Et Clemens Alexandrinus lib. 2. Pædagog. cap. 10. Robur (inquit) corrumpit coitu:

tus: quod in animantibus rationis expertibus, & in iis, qui in exercitatione versantur corporum clarè apparet: quorum hi quidem qui abstinent, superant aduersarios. Et lib. Stromaton 3. Aiunt (inquit) Athletas non paucos abstinere à Venere, propter exercitationem corporis continent: quemadmodum Crotoniaten Astylon, & Chrysonem, & Himeræum. Vide tamen quæ dicam ex Plinio infra nu. 75. incip. rarus. Dofitheus autem lib. 3. Rerum Lydicarum, & ex eius autoritate Plutarchus in Parallels, c. 56. tradunt, quòd cum Sardiani, qui cum Smyrnenis belligerabant, legatos misissent, se non antè ab obsidione discessuros, quam vxores ad coitum concessissent: ancilla quædam honesta facie ad herum Philarchum accurrens, Mittite (inquit) ancillas ornatu liberali, quod cum factum esset, Sardiani earum coitu defatigati, ac viribus exhausti, continuo capti sunt. Et idem ipse Plutarchus c. seq. ex autoritate Aristidis Milesij lib. 1. Rerum Italicarum scribit hoc idem contigisse Atepomaro Gallorum Regulo, qui Romanos obsederat. De qua re etiam non nihil apud Macrobius lib. 1. Saturnal. c. 11. Ex quibus planè intelligis, nihil magis obesse rebus bellicis, quam Venerem. De qua re & tu quædam videbis apud Io. Lup. in rept. rubri. de donationibus inter vir. & vxor. §. 37. col. 3. versic. hæc tamen limita. Veruntamen videmus (quod maximè dolendum est) viros Martios, & militie deditos mulierum consuetudine magis, quam ceteros, gaudere. Hincque poëtæ non temerè nec præter rationem Martem cum Venere coniunxisse, vt alibi ex Aristotele diximus supra in 9. leg. connub. num. 123. quod autem ad secundum.

27

Sed vt alia incommoda Veneris prosequamur, Galenus libro primo, de Spermate, scribit animales particulas, non solum feminaria humiditate destitui ex superfluo coitu, sed etiam vitali spiritu, qui ex arteriis euacuatur cum spermatica humiditate. Quocirca non mirandum, si imbecilliores efficiantur multum coëuntibus, vt pote re purissima ab vniuerso corpore exeunte, & accedente in super delectatione, quæ per se potest vitale robur exoluere. Ex quo factum, vt quidam immoderate delectati, mortui sint. Hæc ferè Galenus. Et profectò plerique, aut quia nimium delectati sunt in opere venereo (vt ille dicit) sine etiam, quia immoderate coierunt, in ipso concubitu occubuisse leguntur. Nam vt refert Plinius libro septimo, capite 3. Cornelius Balbus Prætorius, & Q. Heterius Eques Romanus, in Venere obièrunt. Cuius etiam rei meminit Valerius libro nono, capite duodecimo. Tradit etiam Petr. Damianus quandam principem Tarentinum, dum cum meretrice congregaretur, animam emisisse. Iouianus quoque Pontanus in libro de obedientia, scribit se compertum habere, Beltrandum quandam, cognomento Ferrerium, in Venere expirasse. Obseruatum quoque est in Græcorum monumentis, idem Pindaro illi nouem Lyricorum (vt Fabio placuit) principi accidisse: licet aliter sentiat Valerius Maximus libro nono, capite duodecimo. Et id quoque contigisse Speusippo Platonico, prodit Tertullianus in Apologético. Est & Epitaphium Menelai cuiusdam, in media Venere mortui, ab Ioanne Secundo editum:

Inter opus medium lasciuia morte solutus, Hic situs est, & mit iam Menelaus humum. Qui blande Veneri vite sacrauerat amos, Haud aliter vitam ponere iussus erat.

28

Idque nonnullis accidit astrorum vi & potentia, si credimus Iulio Firmico, libro Astronomi. octauo, capite sexto. Si Pleiades (inquit) hoc est, sexta pars Tauri in occasu fuerit inuenta, & beneuolæ stellæ simul cum maleuolis hunc eundem locum equata radiatione respexerint, mors illis amena proueniet. Nec mireris, quòd hic huiusmodi mortem amenam vocet, cum sint nonnulli ad eam hac voluptate demerati, vt in ea mori maximè cupiant. Propertius enim huc respiciens, sic scribit lib. 2. Eleg. 1. -- Laus in amore mori.

De eadem re.

Muli in ipso coitu mortui.

Pindarus in coitu occubuit. Speusippus Platonicus.

Astrorum ui nonnulli in ipso concubitu moriuntur. Et mors nonnullis amena.



Et Ouidius lib. 2. Amorum, Eleg. 10.  
*Felix, quem Veneris certamina mutua perdunt,  
 Dij faciant, leti causa sit ista mei.*  
 Et paulò post:

*At mihi contingat Veneris languescere motu,  
 Cum moriar, medium soluar & inter opus.  
 Atque aliquis nostro lacrymans in funere dicat,  
 Conueniens vitæ mors fuit ista tue.*

29 **¶** Ob id autem, quòd nonnunquam mors in ipso concubitu, aut etiam ob eius frequentiore vsum euenit, fortassè veteres Venerem non solum natalium, sed & mortis quoque præsidem coluerunt. Siquidem in æde Libitinæ, quæ ad sepulturam pertinet, vendere consueuerunt, Libitinam nihil aliud existimantes esse, quàm Venerem, sicuti & Plutarchus prodidit in Numa Pompilio: hoc fortè argumento admonentes, eandem, quæ causa vitæ est, mortis quoque causam esse plurimis. Est enim Libitina, exequiarum dea. Vnde Libitinarij dicuntur, qui exequias funeræque curant, de quibus in l. i. cuiusque. §. idem ait. *D.* de infortioria actione, vbi Accursius rectè id verbum interpretatur, quòd rarer in eiusmodi rebus facit: verum ex text. id potest planè colligi. Quanquam eum morem alij aliò referunt. Verum eò haud dubiè spectat Epigramma olim inscriptum Athenis in Gymnasio Adriani, ad Venerem cœlestem, quo ipsam Parcarum esse vetustissimam indicatur, vt tradit Pausanias libro primo, qui est de rebus Atticis. De Venere quoque Libitina, meminit Varro libro secundo Linguae Latinae, qui tamen aliò eam appellationem trahit. Sed & ad id referri potest illud Veneris epitheton *αἰδοφόνου*, id est, homicida, quoniam scilicet nimis concubitus homines interimat. Nam & Plutarchus in *ἀφωλεῖ* memorat templum *αἰδοφόνου Ἀφροδίτης*, aliò tamen id trahens.

30 **¶** Et huc item respicit quod Plautus in Mercatore, Deam Astartem (quæ & ipsa Venus est, vt tradit Suidas) & Theophylactus in Oseam, & ante eos Tullius libro tertio, de Natura Deorum, vitam hominum deorumque, & eandem mortem & interitum vocat. Huius verba hæc sunt:  
*Diua Astarte hominum Deorumque vis, vita, salus. Rursus eadem que est  
 Pernicies, mors, interitus.*  
 De huiusmodi Astarte dea, vt id obiter dicam, fit mentio in sacris literis, libro tertio Regum, capite decimotertio, vbi scribitur Solomonem coluisse Astartem, Deam Sidoniorum. Et apud Iosephum libro sexto Antiquitatum Iudaicarum, capite decimoquinto, eodémque vltimo, & Lucianum in libro de Syria Dea, statim post principium: & apud Eusebium libro primo Euangelicæ præparationis, capite septimo, vbi Astarte corruptè legitur. Et Arnobium libro Disputationum aduersus gentes octauo, vbi hanc Syros colere scribit, & Artemidorum Daldianum de Somnionum interpretatione, & Epiphanius aduersus gentes, vbi de Sabellio loquitur: item Aelianum, qui & eam Syriam vocat: & Tatianum Assyriacum, in Oratione *πρὸς Ἑβραίους*: vbi dicit Inthobalum Tyrriorum Regem fuisse sacerdotem Astartes. Quod & ipsum tradit Theophilus Antiochenus libro tertio Institutionum ad Autolyicum. Et huc quoq; referri potest, quòd ab Aegyptiis Venus Nephthe vocatur, quam & finem, siue mortem nuncupant, apud Plutarchum in lib. de Iside & Osiride.

31 **¶** Auicenna quoque alter Medicorum recentiorum oculus, lib. i. Canticorum, cap. 170. Multus (ait) coitus debilitat corpus, facitque ipsum hæreditate varias species nocumentorum, & dolorum. Et in illo cap. 11. ex quo illum supra citauimus, multa ipsius coitus nocumeta describit, quæ illinc omnibus licet sumere. Ioanitijs etiam in Isa

in Isagogis: Coitus siccat corpus, & minuit naturalem virtutem, ideòq; infrigidat. Et Arnaldus Villanouanus in Speculo, multa itè coitus intèperati nocumeta enumerat: multa Pe. Apo. differet. 12. 4. cuius est initiu, qd coitus nò cõpetat: & Michaël Saonarola tract. 2. ca. 1. in materia quartæ rei non naturalis, quæ sunt in promptu omnibus. Et Constantinus Africanus in libro, quem priuatim inscripsit de Coitu.

32 **¶** Inter cætera autè membra, præcipuè nocet coitus, stomacho, parti illi corporis pretiosissimæ, quam medici recentiores cocu humani corporis vocant, Macrobius patremfã ipsius corporis, appellat li. Saturnalioru 7. c. 4. Et ideò eo malè affecto, omnia cætera afficiantur, & tabescant necesse est, vel testimonio illius apologi Aesopi ci, de cæteris mēbris, quæ aduersus ventrè, id est, stomachu (nam & hunc ventrem, & ventriculū appellant) coniurarent quo quidè vsus Menenius Agrippa, plebè Patriciis cociliauit, apud Liuiū li. 2. ab Vrbe condita, & Plutarchū in Martio Coriolano. Nocet (inquã) primum coitus stomacho magis, quàm aliud quicquã, vt dicit Galenus in li. 3. Epidemion Hippocratis, Cōmentario 1. quo loco de Pythione quodam differit, & Aëtius ex Philagrío Tetrabib. 7. Sermo. item 3. cap. 3. 4. vbi & eos qui stomacho laborant, iubet abstinere à spectaculis, & lectiõibus, quæ veneræ rei vsum in memoriam reuocare possunt, & Auicenna in lib. 3. Fen. 13. tract. 1. cap. 36. eodémque vlt. & tract. 1. cap. 11. & in 13. eiusdem 3. cap. vlti. primi tractatus.

Venus nocet stomacho.

Aesopi apolo-  
gus.

33 **¶** Nocet etiam cerebro, vt scribit Galenus in Cōmentariis li. 3. Epidemion Hippocratis ad fi. & Arnaldus, qui etiã loquitur de mēbris illi vicinis, in Speculo introductionu medicinaliu, c. 83. & in lib. de Regimine sanitatis, parte 2. ca. 6. & Albertus li. 2. Animaliu, c. 4. Ex quo fortè coniecit Alcmaon, aut vt alij appellat, Alcman, apud Plutarchū li. 5. de Placitis philosophoru, c. 3. & Galenus in li. de Philosophi historia, semen esse cerebri partem: & Pythagoras apud Laërtium, semen esse cerebri stillam, quæ in se calidum continet vaporè: & Plato atq; Diocles, semen à cerebro excerni, apud Galenum in Definitionibus medicis: & D. Augustinus li. de Vera religione, cap. 4. o. dū scribit, semen per genitales vias ab ipso vertice defluere in infima voluptate. Quod & ante eos asseruit Hippocrates in li. de aère, & aqua & regionibus, parte vl. c. 4. adiciens aliud huiusce rei signū, quia videlicet ij, quibus venæ post aures inciduntur, deinceps nò spermatizant: & si in coitu aliquid tale emittunt, id non est genitale, & prolificum. Quod & ipsum affirmat D. Gregorius Nyssenus in li. de viribus animæ, c. 17. & Nemesius Philosophus de Natura hominis, ca. 2. 4. & Cōstantinus Africanus in lib. de Coitu, post princ. & Albertus, quo loco nuper citauimus, & Auicenna in 2. o. 3. trac. 1. c. 3. & Arnal. Breuiarij li. 2. c. 2. 51. & in prin. libelli, quem de Coitu nuncupatim inscripsit. Quanquam ipse Hip. aut (vt Galen. maualt) Polybus, quod supra diximus, in lib. *πρὸς γυναικας*, id est, de genitura, tradit sperma ex omni parte corporis profluere, sed maiori ex parte, ex capite per aures in spinæ medullam. Hincque illud proficisci, quod diximus, eos quidem qui secundum aures fecantur, dum cocunt, paululum aliquid emittere, sed infœcundum.

Venus nocet cerebro.

Semē pars cerebri.  
 Stillæ cerebri.  
 Ex cerebro excernitur.

Venæ, si post aures incidantur, semen non amplius est genitale.

34 **¶** Et hinc quoq; spadones calui effici nequeunt, sicuti ipse Hipp. tradit li. 6. Aphor. & iterū li. *πρὸς φάρμακων*, id est, de natura pueri: & confirmat Aristoteles lib. 3. de Historia animaliu, c. 11. & li. Problematorum, 10. c. 56. & Plinius lib. 11. c. 37. Spadones (inquã) calui effici nequeunt. Pueri quoq; vt tradit ipse Aristoteles priore illo loco, caluitiu nesciunt, quòd videlicet multū cerebri obtinent: quam rem eis contingere hinc manifestissimū est, quia rem veneræ non agunt: quando & in nullo vsu Veneris huiusmodi capillorum defluuium eueniat, vt in illo quoq; loco scribit Plinius. Quod & ante eū dixerat Aristoteles li. de Generatione animaliu 5. ca. 3. vbi & illud addit, à venereo coitu caluitiu euenire, scilicet iis, qui sua natura sint eò propensiores. Et ex hoc fortè Venus calua à Romanis celebrata est, vt tradunt Latetatijs li. 1. c. 20. & Iulius Capitolinus in Vita Maximinoru, ad finē, Vegetius Renatus li. 4. de Re militari, & D. Augustinus epistola 44. quòd scilicet caluitiè effici

Spadones calui non fiunt.

Venus calua.



ciat:quamuis sciamus id ab omnibus aliò referri. Scio autem Apuleium libr. 2. Affini aurei scribere, Vencrem, licet omni Gratiarum choro stiparã, & toto Cupidinum populo comitatam, & Baltheo suo cinctam, cinnama fragrantem, & Balsama rotãtem, si calua processerit, ne Vulcano quidem suo placere posse. Sed vt redeamus, ob ea quã supra diximus, Medici eos, qui huiusmodi capillorũ fluxu laborãt, Venerẽ vitare iubet cane peiũs, & angue, vt videre licet apud Alexãdrũ Trallia. li. 1. c. 2.

Venus nocet capillorum fluxu.

35 ¶ Et sicuti multum cerebri obtinet, qui non cocunt, vt diximus, ita è diuerso minimum ij certè habent, qui intemperanter libidinem exercent, vt cõfirmat Galenus, tradens, cuidam salacissimo ab obitu capite dissecto, eius partis diminutionẽ manifestam apparuisse. Ex quo & ipse quoq; colligit, quod supra ex aliis diximus, spermatis partem maximam ex cerebro secerni. Nam & eadem ratione boues execti, cornua gerere maiora videntur, vt etiam tradit Columella libr. rei rusticæ. 6. c. 20. & ante illum Aristoteles eodem lib. Problematõn 10. c. 56. vbi & hac eadem ratione asserit, id fieri, quod de spadonibus supra diximus. Nam hi (inquit) rem venerẽ non agunt. Semen enim labi per spinam è cerebro videtur. Verũ idem Aristoteles lib. de Natura animalium 9. c. vlt. tradit ceruus, si cum per artem nondum cornua gerunt, castrantur, non edere cornua, quod aduersari superioribus videtur.

Cervi castrati non edunt cornua.

36 ¶ Et quoniã à cerebro spinã medulla descendit, eandẽmq; ei esse naturã quam cerebro pleriq; autumant, vt scribit Plin. lib. 11. c. 37. consequens quoq; est, vt si coitus obfit cerebro, eã quã supra diximus ratione, eãdem quoq; spinã noceat necesse est. Nam & Hipp. in lib. de passionibus interioribus, tradit medullam spinã maximè ficefcere, cum venulã medullã petẽtes sepiuntur, atq; obturantur, & cerebri meatu corporis malignitate id patitur: sed præ cunctis nimio coitu arefcere. Hæc ille. Et sanè sunt multi in ea sententia, vt sperma è cerebro (quod iam diximus) per spinam ipsã in membra genitalia defluat. Id enim scribit Aristoteles, vbi nuper citauimus, lib. Problemat. 10. c. 56. & Plato, vt prodit Plutarchus in lib. de Placitis Philosophorum 5. c. 3. dicebat femem esse vertebralis, siue spinalis medullã defluuium.

37 ¶ Et quia etiam nervi aut à cerebro in omnia animalium mēbra continenter

Nervi à cerebro.

Nervi eiusdem substantie cum cerebro. Coitus nervis nocet.

ueniunt, aut per mediam ipsius spinã medullã (quã & ipsa ex cerebro vt diximus, profluit) in alia ipsã membra transmittitur, vt videre licet ex Gal. de Decretis Hipp. & Platonis, li. 1. 2. & 7. non semel, iterũmq; 8. post prin. & in lib. de Neruorum dissectione, in prin. & lib. 1. itẽmq; 7. de Vsu partium, & li. de Semine 1. c. 5. rursũmq; 8. & lib. 1. de Motu musculorum, post prin. & lib. Aphorif. 4. c. 17. & iterum lib. 7. c. 3. Dicitq; idem in eo. li. 7. de Hippo. & Platonis decretis, neruus eandẽ cum cerebro habere substantiam, nisi quod compactiore materia constituti sunt, ne facilè à quolibet patiantur: id eoque eos assiduo cerebri auxilio indigere. Eadem igitur ratione, qua cerebrum Venere maximè læditur, eãdem & nervi ipsi, vt testis est idem Galen. in Commentariis Aphorif. Hippo. lib. 3. ad fi. Oribasius lib. 1. Euporiston, cap. 2. in prin. & iterum lib. Curationum, c. 144. Aetius 1. Tetrabib. Sermõn. 3. c. 8. Auicenna. 3. 3. tract. 1. c. 5. & in 20. eiusdem 3. tract. 11. Rafis vbi supra, & lib. Continentis 11. ca. 4. Valefcus Tarentinus in sua Practica, cui titulum Philonium nuncupant, libr. 6. cap. 2. in declaratione. & ante eos Cornelius Celsus lib. 1. Medicina, cap. 9. iterũmq; lib. 3. cap. 27. eodẽmq; vltimo.

38 ¶ Sed & quia oculi cerebro sunt proximi, ab iisq; venam ad cerebrum ipsum per-

Coitus nocet oculis.

tingere peritissimi autores tradiderunt, vt etiam retulit Plinius libr. 11. cap. 37. atque ab ipso cerebro multa spiritalis substantia ad oculos sedes deuchitur, vt scribit Galenus libro de Hippocr. & Plato. decretis 7. & Aetius Tetrab. 2. Ser. 3. c. 1. id eodẽ & oculis quoque multum obest coitus, sicuti scriptum reliquit idem Aristoteles lib. de Generatione animalium 2. ca. 5. & lib. Problematõn 4. ca. 2. & 3. vbi & Pet. Apo. & iterum capite 32. eodẽmq; vlti. quibus locis & alias huius rei rationes reddit.

Atque

Atque etiam Galenus lib. 4. *λατὴ τῆρας*, cap. 8. in princ. vbi dicit ex Archigene, in fluxionibus circa oculos in principio conuenire cibi & potus parcitatem, & maximè omnium rei veneriã abstinentiam. Et Aetius Tetrabib. 2. Ser. 3. ca. 4. 8. & Auicenna in d. 3. tract. 1. cap. 5. & in 20. eiusdem. 3. tract. 1. cap. 11. & Rafis in loco nuper allegato, & Arnaldus in Speculo, vbi supra, & è recentioribus Celsus, qui etiam rationem reddit, lib. Antiquarum lectionum lib. 14. cap. 19. Et Manardus Epistolarum medicinalium lib. 6. Epist. 4.

39 ¶ Ex quo fortè Poëtã, qui omnium rerum naturas sub fabularum inuolucro aptissimè comprãhenderunt, Cupidinem libidinis Deum, ducẽmq; cæcum finxerunt ab effectu: quoniam videlicet immodica libido oculis admodum obfit. Id quod graphicè, & luculenter descripsit Marullus Constantinopolitanus in Cupidinis descriptione, lib. 1. Epigrammaton:

*Quæ fors eripuit lucem? immoderata libido.*

Quò etiam spectat historia, quam refert Diuus Ambrosius Commentariorum in Lucam lib. 4. cap. 17. enarrans illud Lucã 4. Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus: Theotimus (inquit) cum graui oculorum morbo laboraret, Medici coitu interdixerunt: verum is vxoris amantissimus, ac libidinis impatiens, non potuit sibi temperare, quin vxorem amplecteretur. Isque cum esset in ipso æstu feruentis libidinis, & consuetudinis apparatu, venissetque in mentem interdictum Medicorum, *χαίρει* (ait) *φίλου φῶς*: id est, Vale amicũ lumen: nimirum intelligẽs, sese voluptatem eam perbreuem, oculorum dispendio emisse. Aetius 1. Quaternionis, Sermo. 3. cap. 8. scribit eos non exactè videre, qui vsum Veneris sectãtur. Ad eodẽ autem concubitus est contrarius oculorum caligini, albugini, pruriti, cæcitati, & cæteris morbis: vt quadam medicamẽta, quã his potissimũ morbis profunt, non nisi ex virginibus, nec nisi à castis & puris sumpta profint, vt videre licet ex Marcello Burdigalensi, Medicam. ca. 8. vbi describit collyrium, quod inter cætera confici debet ex lotio pueri virginis, eoque vtendum esse casto & puro. Præcipue autem nocet Venus defluxionibus in oculos decumbentibus, teste Galeno ex autoritate Archigenis in lib. de Faciliẽ parabilibus, & lib. Pharmacorum *λατὴ τῆρας* 4. c. 8. in princip. Et hinc quoque, vt opinor, palpebras defluere, abundantibus Venere, tradit Plinius lib. 11. cap. 37.

De eadem re. Cupido cæcus.

Theotimi historia.

Vale carum lumen.

40 ¶ Ex his quoque, quã diximus de cerebro & spina, constat & coitũ renibus, eorũque vitii obesse. Quod & Aristoteles dicit lib. 4. Problematõn. c. 2. & Galenus lib. 6. Morborum vulgariũ Hippocratis, Cõment. 6. & Aetius 1. Quaternionis, Ser. 3. c. 8. & iterum Quater. 3. Ser. 3. c. 2. Rufi autoritate: rursũmq; eiusdem Serm. 3. c. 30. Archigenis autoritate. & Auicenna d. c. 11. Hippocrates autem lib. de Morbis intraneis, scribit vnum ex quatuor renum morbis, maximè fieri ex nimio coitu: & omnes vbiq; consentiunt. Idq; satis sine testibus ex eo comprobatur, quòd renes Varro ita dictos ait, *ἐπὶ τῷ πέτρῳ*, quod est fluere, quia riuus ab his obsceni illius humoris oriantur: sicuti etiam refert Lactantius lib. de Opificio Dei, c. 14. Quamquã nonnulli ex Philosophis hoc ipsum carpunt. Sed ad stipulatur, quod tradit Hippocrates, siue is sit Polybus, in lib. *πρὸς γυνῆς*, Semen cum in medullam spinã peruẽnit, renes confestim petere, ex ipsiisque per medios testes in pudenda penetrare. & Aristoteles illo eodem c. 2. vbi scribit, seminis transitum per ea loca fieri, eãq; procul dubio extenuare. Ex quo est illud Regum 8. Filius tuus, qui egredietur de renibus tuis. Et hinc Tertullianus in lib. de Resurrectione carnis, vocat renes confcios seminum. Et Isychius in Leuiticum lib. 1. Renes (inquit) coitalis operationis esse semina. Et Nemesius Philosophus li. de Natur. hominis, c. 27. Renes (inquit) sanguinis purgamina, & ad coitũ causa sũt appetitus. Nam venã, quã in geminos delabũtur, per renes transmeant, & illinc acorem quendam exhauriunt appetitum irritantem, eodem modo, quo sub cute genitus acor pruritus facit: & quò geminorum pulpa cure est

Coitus obest renibus.

Renes unde dicuntur.



mollior, eò magis iidem ab acore lancinati, furiosam ad egerendum semen irritant cupidinem. Hęc ille. Democritus autem in Physiologumenis, & Fulgētius Mythologiarum li. 3. quo loco de Peleo & Thetide loquitur, scribit ex Ethnicorum sententia, singulas partes in homine singulos Deos obtinere, & inter ceteros Venerem renes & inguina. Et hinc quoque Theologi interpretantur, ideò Exod. 12. fuisse præceptum, eos, qui agnum paschalem comedebant, renes accingere, vt hinc libidinis refrænatio intelligeretur. Nam & Diuus Augustinus, in Psalm. 7. enarrans illud, Scrutans corda & renes Deus, scribit delectationes nomine renum intelligi. Et Diuus Hieronymus in Commentariis Naum Prophetæ, c. 2. enarrans illud eiusdem c. Et defectio in cunctis renibus, scribit omnia opera, quæ ad coitum, siue cõmissionem pertinent, renum appellatione monstrari: quod & idem propemodum dicit in Ezechielem cap. 16. Hincque Renibus vti, pro libidini indulgere, Aufonius ad Gallam posuit:

*Vtere rene tuo.*

At è diuerso huc respiciens Psalmographus c. 25. Vre renes meos, & cor meum. Ex quo loco deprompta est quotidiana illa oratio ecclesiastica, Vre igne Sancti Spiritus renes nostros, & cor nostrum, domine, vt tibi casto corpore seruiamus, & mudo corde placeamus.

Renibus vti.

41  
Coitus obest  
lumbis.  
Lumbi pro libidine.

Et hinc item lumbis non minimùm obest Venus, vt tradunt ipsi Aëtius, & Arnaldus, vbi suprâ. Sunt enim lumbi, ea pars corporis quæ complectitur inferiores vertebrae spinæ, qua libido in sacris literis designatur, quia sunt circa renes. Vnde illud Gene. 35. Reges de lumbis tuis egredientur. Et Psalm. 131. De fructu lumbi tui ponam super thronum tuum. Ita enim eum locum traducit Diuus Hieronymus in illud c. 2. Naum, enarrans illud eiusdem c. in princ. Contemplare viam, tene lumbum. Et illud quoque Diui Pauli ad Hebræos 7. Et ipsi exierunt de lumbis Abrahæ. Et iterum eo. c. In lumbis patris erat. Proinde cum volunt prohibere libidinem, iubent accingi, vel fuccingi, vel præcingi lumbos: vt Iob 38. & iterum 40. Ecclesiasta 31. codemque vlti. Esaiæ 32. Hieremiæ cap. 1. & Prouerb. cap. vltim. vbi de muliere forti & pudica, Accinxit fortitudine lumbos suos. Et Luca 12. & ad Ephesios 6. c. & 1. Petri 1. & alibi sæpe. Ex quo & illud Psalm. 37. Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus. Et illud quoque Matthæi 3. de Ioanne Baptista, Habebat zonam pelliceam circa lumbos suos. Nam & huc eum locum trahit Hieronymus, vbi suprâ. Qui & postea in eodem c. dicit in lumbis coitum significari. Diuus autem Gregorius, Lumbos, ait, præcingimus, cum carnis luxuriam & continentiam coarctamus. Ceterum sunt, qui lumbos à libidine, hoc est, libidine dictos putent. Nam veteres lubet, & libet, libidinem, & libidinem, promiscuè dixerunt. Vide tamen circa id, quod diximus in principio huius versiculi, & quæ ex Plinio dicemus infrâ num. 75. incip. rarus. post princip.

Lumbos accingere.

42  
Coitus nocet lateribus.  
Lateri parceret.

Eadem quoque ratione lateribus nocet plurimùm, nempe in quibus renes sunt. Vnde apud Poëtas, Parcere lateri, est abstinere à coitu. Iuuenalis Saty. 6.

*Nec queritur, quod*

*Et lateri parcas.*

Et Ouidius præcipiens Venerem exerceri lib. 2. de Arte amandi,

*Sed lateri nec parce tuo.*

Et alibi, scilicet Amorum lib. 3. Elegia 10.

*Vidi ego cum foribus lassus prodiret amator,*

*Inualidum referens, emeritumque latus.*

Et Catullus eleganti, sed obsceno epitheto, latera per concubitum exhausta appellat exfututa, ad Flauium:

*Cur non tam latera exfututa pandas?*

Et Martialis lib. 11. ad vxorem, Episto. 105.

*Et iuuat admissa rumpere luce latus.*

Et lib. 12. ad Bassum, Epist. 98.

Latus rumpere.

Rump

Rumpis basse latus.

Sed & Virgilius in obsceno carmine, si is est:

*Ipsi cernitis, effututus vt sim:*

*Latus deficit.*

Rursusque:

*Neque mutare possis, vsque dum mihi*

*Venus iocosa molle ruperit latus.*

Apud Suetonium, Valerius Catulus consulari familia iuuenis, stupratum à se Caium Caligulam, ac latera sibi contubernio eius defessa, vociferatus est.

43 ¶ Nocet item admodum dentium doloribus, si verum dicit Cælius Aurelianus lib. Chronion 2. c. 4. & Aëtius 1. Terrab. Sermo. 3. c. 8. Tametsi vulgus aliter existimat, nēpe coitum huic malo prodesse. Illud scio, in ipso actu libidinis vix sentiri hūc dolorem, quantum acerrimum, acerbissimum, asperrimum, & qui maximis tormentis annumerari potest, vt dicit Cornelius Celsus lib. 6. c. 9. Adeò hic præfens sensus libidinis ceteros quoscumque vel acutissimos obtundit, & hebetat. Verum opere parato, aperte senties, eum dolorem non modò non sedatum, sed multò, quàm antè, rabidiorem esse. Et vt sequamur, in vniuersum Venus nocet capiti, vt tradit Orribasius libro Euporiston 1. cap. 2. 2. in princip. nempe in quo cerebri (cui, vt diximus, maximè noxia est Venus) sedes est. Nocet & cordi, & hepatis, ex Arnaldo, vbi suprâ. Et ventri, ex Aristot. lib. Problematon 4. cap. 17. & pulmone, ex Orribasio, vbi nuper citauimus. Item peccatori, coxendicibus, vesica, pedibus, & gurgulionibus, ex Aëtio, vbi item nuper citauimus: & quantum ad pectus attinet, ex eodem Orribasio vbi suprâ.

Coitus nocet dentibus.

Capiti.  
Cordi.  
Hepati.  
Ventri.  
Pulmoni.

44 ¶ Longior essent, si omnia membra, quæ ex coitu, præsertim immoderato maximè languent, recensere sigillatim velim, præsertim cum in vniuersum omnia membra dissoluat, labefactet, corrumpat. Ex quo plurimis, & Venus & Amor veluti proprio ac peculiari epitheto *λυσιμελής* dicitur, id est, membra soluens. De Venere est illud epigramma incerti auctoris lib. 2. epigrammaton Græcorum:

*Λυσιμελής Βάκχος καὶ λυσιμελής Ἀφροδίτης,*

*γενναῖον θυγάτηρ λυσιμελής ποδάρχα.*

Cuius sensus est, Bacchi & Veneris, vtriusque *λυσιμελής*, id est, membra soluentis, filiam esse podagram, & ipsam *λυσιμελήν*. De amore quoque est illud Hesiodi in Theogonia, non multò ante fin.

*Τῶν καὶ ἀπὸ βλεφάρων ἔρῳ ἔβητο δερκομέναιω*

*λυσιμελής.*

Id autem nil aliud est, quàm si dicas, Venere & Cupidine membra, (quod iam diximus) dissolui, ac veluti dissipari. Sic enim est apud Virgilium lib. 1. Aeneid.

*Extremplò Aeneæ soluantur frigore membra.*

Et rursus lib. 12. eiusdem operis:

*Illi membra nouis soluit formidine torpor.*

Sic quoque eodem lib.

*— Illi soluantur frigore membra.*

Membra solui quid sit.

Sic item apud Ouidium lib. 11. Meta. soluta membra languere dicuntur. Sed magis propriè idem Ouidius li. 9. eiusdem operis, de seminis per somnū effusione loquens,

*— Vt iacui totis resoluta medullis.*

Euripides autem in Supplicibus, hoc quoque epitheton morti tribuit, *θανάτω λυσιμελή:* vt proinde intelligas, & mortem, & Venerem eandem vim habere ad resoluendam totius corporis compagem, quod admodum facit ad ea, quæ suprâ diximus nu. 27. 28. & 29. Et hinc quoque, facile intelligis, quod suprâ ex Celso diximus, frequentem concubitum corpus soluere.

45 ¶ Illud autem non est tacendum, multa morborum genera hinc quoque exoriri, & orta augeri, exacerbari, irritari. Podagrâ enim atque Chiragrâ, omnesque iuncturaru ægritudines gignit, atque producit, productasque non mediocriter exasperat, & offendit, vt testatur Cornelius Celsus lib. 1. cap. 9. & iterum lib. 4. c. 24. eodemque postremo.

Coitus quibus morbis nocet. Omnibus iuncturarum morbis.



Vbi etiam scribit, quosdam, cum toto anno à vino multo, & Venere sibi temperassent, in perpetuum hoc malum euasisse. Galenus in lib.6. Morborum vulgarium Hippocratis, Commenta. item 5. & in lib.6. Aphorismorum eiusdem Hippocratis, c.28. atque iterum cap.30. in id referens, quod inibi scribit ipse Hippocrates, eunuchos atque pueros, ante coitum non pati podagram. Et Caelius Aurelianus lib.5. Chronion, c.2. Et Plinius Valerianus lib.de Re medica 3.c.14. vbi vetat ante omnia, ne podagricus mulierem contingat: & Aërius, Quaternionis 3. Sermo.4. c.7. & iterum c.20. vbi asserit Venerem podagricos extremè lædere, præsertim si assidue, aut intempestiue ea quis vtatur. Nam voluptas per se nervosorum corporum robur ac firmitatem dissoluit: multò autem magis, si cum vehementi motu perficiatur: & ob id membra affecta longè imbecilliora fiunt, & promptè & expeditè confluentia retrimenta suscipiunt. Et Paulus Aegineta lib.3.cap.78. & iterum li.7.c.11. Et Octavius Horatianus, Rerum medicarum lib.2.c.21. eodemque vlti. & Rasis in lib. Diuisionum, c.2. & ad Almanforem lib.9.cap.90. Et Auicenna 2.2.terrij.tract.2.ca.2.4. Tangitque ante hos omnes Aristoteles lib. Questionum 10. cap.37. & ibi expressiùs Pet. Apo. ipsius interpres, & Arnaldus, vbi supra. Et è sacris autoribus, Diuus Chryostomus in ea Homilia, cui titulus est, Quòd nemo læditur, nisi à seipso. Et aperte declarat illud Epigramma, nu. præcedenti adscriptum, quo dictum est, podagram esse filiam Veneris. In quo tamen animaduertendum est, quod ab Oribasio in lib. Curationum, c.144. scriptum est, In podagricis nauitatis mediocriter conuenire libidinis vsus: in antiquo autem tempore, paucos omnino à podagra tactos, abstinentes ab ea, fuisse curatos. De quo videas & Serapionem lib.4.cap.30. & Hieronymum Cardanum lib.1. Contradictentium medicorum, Tract.4.cap.4. Et quod huc quoque pertinet, eadem Ischiadicis, & Phocalicis (qui morbi sunt iuncturarum) efficit, vt tradit Aurelianus li. Chronion 5.c.1. in princ. & Aërius Quaternionis 3. Sermo.4.ca.1. Vide tamen de Ischiadicis, quæ dicam infra numero 74. incip. confert & Venus.

Ischiadicis.  
Phocalicis.

46 ¶ Item Hæcticam, vt asseuerat Rasis lib.4. ad Almanforem, c.17. & Auicenna, vbi supra. Atque Epilepsiam (Latini Comitalem morbum, vt supra diximus, vocant.) vt tradit Cornelius Celsus lib.3.c.23. Galenus in d.lib.6. Morborum popularium Hippocratis, vbi supra. Pau. Aegineta lib.3. cap.13. Alexander Trallianus lib.1.c.21. non semel: Ioannes Mesue in eo lib. qui Grabadin, Id est, Antidotarium, inscribitur, c. de epilepsia: & Auicenna eod. c.11. sæpiùs supra citato, & iterum, 1.4. tract.5. cap.8. & Rasis lib.1. Continentis, cap.5. Quanquam Celsus, quo loco nuper citauimus, tradit sæpe in pueris initium Veneris cum morbum tollere. Et Colicam, ex Aureliano lib. Chronion 4.c.7. in fin. & Auicenna d. cap.11. Et Febres adurentes: vt & ipse Auicenna ibi tradit. Etiam si febres sint ex phlegmate, vt eiusdem autoritate scribit Petr. Apo. in Commentariis Problematon Aristotelis, parte 4. cap.50. Scabiem quoque, præcipiente Auicenna in 7. quæst. tract.5. cap.7. scabiosos omnino coitum dimittere. Eum enim mouere materiam ad exteriora, & excitare vaporem calidum putridum, venientem ad superficiem cutis, illicque putrefcere.

Medicæ.  
Epilepsie.

Colicæ.  
Febribus.

Scabiei.

47 ¶ Ad hæc, pestem, quam Epidemiam vocant, Cornelius Celsus lib.1.c.vlt. Rasis in lib. de Pestilentia cap.4. Auicenna 1.4. tract.4.c.1. Io. Iacob. in suo opusculo de Epidemia, Valescus Tarentinus in eiusdem tit. libello, cap.8. Et Tusim, Celsus, vbi supra proximè, & Lucianus in Saturnalibus, & Virgilius Medicinæ peritissimus, in Priapeis, aut quisquis is fuit,  
*Latus deficit, & periculosam  
Cum tusi miser expuit saluam.*  
Præterea Phthitim, siue Tabem, siue etiã phthoën: nam idè morbus iis nominibus significatur. Nam quã Tabem Latini dicunt, hæc propriè Græci, & præsertim Athenienses *phthim* nominant. Hippocrates autem *phthim* vocat, vt scribit Galenus in  
Comm

Pesti.

Tusi.

Phthisi.

Commentariis Aphorismorum ipsius lib.7. cap.16. Sunt tamen, qui *phthim* & *phthim* inter se differre censent, vt videbis apud Leonhartum Fuschium, c.33. sui Compendij. Hunc igitur morbum, Venus admodum offendit, & irritat, vt tradit ipse Hippocrates libr. *πρὸς νόσους*, id est, de morbis 2. non semel, Celsus lib.3. cap.2.2. in fin. Lucianus in Saturnalibus. Præterea Hydropem, quem nos morbum inter eum vocamus, ex eodem Celso, eod. lib.3. cap.2.1. in fin. vbi & illud addit, si quis ex eo morbo diu conualuerit, tamen alienum ei esse Veneris vsus: in quo Celsus in illo libro Saturnal. Distillationem, quoque & Grauedinem, eodem Cornelio lib.4. cap.2. Apoplexiam atque Paralytum, vt idem prodit lib.3.c. postremo, dum admonet in his morbis rarissima Venere vtendum esse: vt etiam facit Caelius Aurelianus lib.1. Chronion, cap.6.

Hydropi.

Distillationi.

Grauedini.

Apoplexie.

Paralyti.

48 ¶ Et Lepram, testimonio Auicennæ in 4.3. & iterum in 7. cap.4. & Petr. Apo. differ. 186. & rursus in commetariis Problematon Aristotelis, quo loco nuper citauimus. Quod & non obscurè probat text. apud nos in c. ex parte M. extrã, de corpore. viti. loquens de quopiam, qui sibi virilia amputauit, quòd lepra esset obnoxius. Ex quo & Panorm. noster no. lepram procedere ex libidine. Nam & Archigenes scriptum reliquit, vix vllum quempiam castratum elephantias laborare. Quod & tradit Aëtius Tetrabib. 4. Sermo. 1.c.12.2. vbi & hinc quoque dicit nouisse se quosdam audaciores, qui sibi ipsi testes ferro ressecarunt: castratis enim non in peius, malum hoc procedere. Et rursus c. 125. tradit coitum huic morbo esse infestissimum, atque etiam Paulus Aegineta lib.4. cap.1. Sed illud hinc te scire volo, Lector amantissime, Auicennam & ceteros Arabes, atque etiam Latinos, qui post eum scripsere, ante Leonicenum, Lepam vocasse hanc, quam etiam vulgus Lepam vocat, & quam Græci & Latini antiquiores Elephantiasim dixerunt, morbum quidem insanabilem, cum Lepra ipsa multis modis sanari possit, vt videre est apud ipsum Aëtius, illo eodem Sermo. cap. 13.4. & apud Dioscoridem, & Plinium passim scribentes multas herbas Lepæ mederi, & Paul. Aeginetam lib.4. cap.2. Quanquam Sebastianus Montuus, vir certè doctissimus libr. Dialaxon Medicinalium 2. Dialexi 3. multis offendit, apud Hebræos, Græcos, ac veteres Latinos, Lepam appellatione elephantiasim significari. Sed illius rationes alacriter refellit Leonhartus Fuschius Paradoxon libr.2. cap.16. De quo & nos diximus in tractatione medicinæ, num 4.3. sed tamen. & num. 4.4.2. quòd si quis. Et in vniuersum Atram bilem exacerbat Venus, vt scribit Galenus in lib.6. Morborum vulgarium. Hippocrat. Commentar. quoque 6. & Rasis lib.1. Continentis, cap.2. Nam & Elephantiasim ex atra bile esse omnes consentiunt.

Lepre vulgò dicte.

Lepa vulgò dicitur, quæ Elephantiasis est.

Atra bili.

49 ¶ Alopeciam quoque, id est, depilationem siue capillorum defluuium, quòd iam supra diximus. Vesicæ passionem ex Aëtio, Archigenis autoritate, Tetrabib. 3. ca. 30. & Cælio Aureliano lib.5. Chronion, iam sæpiùs citato, cap.4. vbi rationem reddit, quoniam Venus trahit secum totius corporis vexationem. & Alexandro Tralliano lib.1. cap.2. Sanguinis sputationem ex Paul. Aeginet. lib.3. cap.31. in fin. Et sanguinis in vniuersum fluxum siue fluorem, eodem Paulo lib. item 3.c.78. & Aureliano lib. Chronion 2. cap.11. & iterum 13. & Alexandro Tralliano, qui eo morbo laborantes Hæmopticos vocat lib.7. cap.1. ad fin. & ante hos Cornelio Celso lib.4. cap. item 4. Præterea Gonorrhœam Paulo Aeginetæ d. lib.3. cap.57. Et ex eo satis patet, quare Galenus, & eius autoritate Aëtius Tetrabib. 3. Serm. 3.c. 34. iubeat eos, qui eo morbo laborant, omnem de rebus veneris cogitationem excludere: vt etiam facit Alexander Trallianus lib.8. cap.9. Et Satyriasin quoque ipsi Aureliano libr.3. Morbor. acutor. cap.18. & Paulo Aeginetæ d. lib.3. cap.53. Tametsi is morbus sæpe oritur ex abstinentia rei veneris: præter consuetudinem, vt tradit Galenus alicubi, & Aëtius Tetrabib. 3. Serm. 3. cap.32. Et Priapismum, Paulo Aeginetæ, vbi supra proximè. Quanquam sunt, qui vtrunque morbum confundant, vt videri potest apud Aëtius, vbi supra & Octauium Horatianum, siue (vt alij

Alopecie.  
Vesicæ passionibus.

Sanguinis sputationi.  
Sanguinis fluxui.

Gonorrhœe.

Satyriasi.

Priapismo.

Omnibus prope morbis.



alij putant) Theodorum Priscianum *Res. Medicarum* lib. 2. cap. 11. *Obeſt & Et vulneribus.* quoque vulneribus, vt tradit ipſe *Horatianus* ad *Euporiston* lib. 1. c. 19.

50 ¶ Alique infinita morborum genera producit, vt paſſim apud Medicos legimus: vix enim omnia recenſere poſſemus. Ideoque *Ariſtoles*, aut quilibet is fuit, qui cum librum *Arcanorum* ad *Alexandrum* ſcripſit, illud prodidit, Coitum eſſe deſtructorẽ virtutum, legis tranſgreſſorem, morborumque ſeu iſſimorum generatium. ſic enim loquitur, qui cum librum traduxit, aut etiam, vti eſt, compoſuit. Adeo autem coitus morbis periculofus eſt, vt etiam iis, quibus conuenire videtur, non ſatis tutus fit. Quandoquidem *Cælius Aurelianus* in illo *Chronion* lib. 1. cap. 5. ſcribit incertum ſibi eſſe in eo morbo, quem *Eroticon* dicunt, id eſt, furorem, qui ex veſano, vehemẽti atque immodico amore fit, vtrumne prohibendus ſit vſus *Veneris*, an admittendus. Nam prohibitus (ait) indignari cogit ægrotantes, cum deſiderata producuntur. Permiſſus autem vexat, & cum corpore euirato animæ quoque ſubſtantia turbatur. Licet *Ouidius* lib. de *Remedio amoris* 2. poſt princ. conſulat, eos qui ita quampiam mulierem, ardentem amant, aliarum mulierum concubitum amplecti. Huius carmen eſt,

An ei conueniat, qui amoris morbo laborat.

*Gaudia ne dominæ, pleno ſi corpore ſumas,*

*Te capiant, in eas quamlibet ante, velim.*

*Quamlibet inuenias, in qua tua prima voluptas*

*Deſinat.*

*Hortor & vt pariter binas habeatis amicas.*

Et huic ſententiæ aſſentitur *Oribafius Sardinus* lib. *Euporiston* 1. c. 2. 2. cum ſcribit *Eroticem* minuire meretrices.

51 ¶ Adde poſtremo, concubitum ipſum præfertim nimium, & immoderatum, non tantum ſenſum viſus, de quo ſatis ſuprà diximus, cum de oculis tractauimus, ſed & alios omnino ſenſus hebetare, & obtundere. Nam, vt ex *Rufo* ſcribit *Acetius* 1. *Terrab.* ſermo. 3. cap. 8. *Qui* concubitu ſæpius indulgent, neque exactè vident, neque, vt oportet audiunt, neque alios ſenſus integros poſſident. *Chryſoſtomus* autem in ea *Homilia*, cui titulus eſt, *Quod nemo læditur niſi à ſeipſo*, ſcribit iis, qui in libidine vitam agunt, ſenſus omnes eſſe tardos, graues, obtuſos, & quodammodo iam ſepultos.

52 ¶ Sed nec interim tamen omiſerim, inanimata quoque veluti lætucas, caules, plantas, arbores citò aut nimium ſeminis producentes, citò quoque deficere, mori aſcere: vt quiſque, qui id noſſe volet, & videre & experimento comprobare poterit: & ſua autoritate confirmat *Ariſtoles* cum in cæteris rebus magnus, tum in his maximus, lib. 3. de *Generatione animalium*, cap. 1. & *Theoph.* in *Historia plantarum*, lib. 4. cap. 13. & expreſſius atque diffuſius lib. de *Cauſis plantarum* 2. cap. 15. & *Plinius* lib. 6. cap. 24. & iterum cap. 27. & 29. Et de vitibus priuatim tradit *Iunius Columella*, lib. *Rei ruſticae* 4. c. 3.

53 ¶ Hactenus ſatis, & fortè nimium diximus, quantum corpori noceat immodicus exuperansque coitus: deinceps & nos de animo quoque differemus, cuius incommoda tanto maiora grauioraque putanda ſunt, quanto animus ipſe corpori præſtare dignoſcitur. Et vt à noſtris incipiam, *Guil.* à monte *Laud.* in *cl. m.* de magi. ſtudioſos ſtudioſè monet, vt præ cæteris rebus à *Venere* caueant: quoniam per eam ratio & intellectus, qui tanquam partes ſuperiores mentis, aſcenſum appetunt, ſenſualitate, quæ inferior pars eſt, ad inferiora quoque trahuntur, atque confunduntur. Adducitque, quod de caule diximus, cuius ſpica per quam emittit ſemen, ſi luxuriari permittitur, citò aſcendit. Quod & itidem dicit vſu conuenire in hominibus, vt ſi riuiulum, id eſt, ingenium permittant deſuere, virtus ſuperne rationis, & intellectus impeditur. Quin & frequenter (vt dicit) ex *Venere* morbus oritur, & corp

& corporis infirmitas. *Guilelmum* autem referunt, & ſequuntur *Cardin. Florenti.* & *Goffre. Caietanus* in *d. cle. 1. vbi* & ipſe *Cardi.* addit, habuiſſe ſe auditorem, qui ob id notoriè, vt ipſe loquitur, mortuus eſt. Sequitur quoque, *Io. Bap. S. Seuerinas*, in eo tractatu, quem edidit, de *Modo ſtudenti & vita doctõrum*, ſtatim poſt princ. qui & ad hoc ſaluberrimum præceptum, multa addidit.

54 ¶ *Hippocrates maximus Medicorum*, cuius id proprium eſt, teſte *Macrobio* lib. 1. de ſomnio *Scipionis*, vt tam fallere, quàm falli neſciat, de coitu *venereo* ita exiſtimabat, partem eſſe morbi illius teterrimi, quæ *επιληψία* *Græci*, *Latini* comitialẽ appellat, vt nuper diximus. Huius enim verba, vt retulit ipſe *Macrobius* in ſi. lib. 2. *Satur.* & ante eum *Gellius* lib. 19. cap. 2. ſunt huiusmodi: *τὴν σωφροσύνην ἐν μακρῶν ἐπιληψία*. id eſt, Coitum eſſe paruam, ſiue mauiſ, breuè epilepſiam. Quamuis eam ſententiã non *Hippocrati*, ſed *Democrito*, attribuunt *Sabinus*, *Stobæus* cap. 6. & *Galenus* in ſuis *Commentariis* in 3. lib. *Epidem. Hippocratis*, *Commentario* 1. quo loco de *Pythione* quodam diſſertunt. *Stobæus* verò illo eod. cap. 6. idem *Eriximacho* quoque attribuit. Et eam quidem ſententiã *Fauftus* hoc diſticho concludit, non admodum feliciter:

*Turpis eſt morbi ſpecies horrenda caduci,*

*Cum iacet exanimis, poſt ſua ſiura Venus.*

Quod non alia cauſa ab *Hippocrate*, ſiue malis *Democrito*, aut etiam *Eriximacho*, dictum videri poteſt, quàm vt oſtenderet, *Venere* quidem, ſicuti & morbo comitiali, mentem, quæ ſacra eſt, percuti, lædique non mediocriter. Nam & *Medici* ipſi hunc morbum *ερεγνύσασα* appellant, id eſt, ſacrum morbum, quod animi rationalem partem, quæ longè ſanctiſſima eſt, violet, ſicuti annotauit *Apuleius* *Apologia* prima. Quamquàm id aliò trahit *Ariſtoles* libro *Problematon* 13. cap. 1. Ab ea autem *Hippocratis*, ſiue *Democriti*, ſiue *Eriximachi*, aut eorum omnium ſententiã, non admodum diſtat, quod ſcribit *Galenus* de *Vtilitate partium* lib. 14. ca. 10. Coitum eſſe ſpaſmum quendam: quod licet (inquit) diſcere ex magnis epilepſiis, & ex ea paſſione, quæ *Gonorrhœa* dicitur, in quibus ſperma, ſicuti & ex coitu, ſecernitur. At *Cælius Aurelianus* lib. 1. cap. 4. *Concubitus* (ait) ſiue coitus ab aliquibus paruã epilepſia nuncupata eſt. Siquidem ſimilem faciat membrorum motum diuerſo tractu, anhelatione, & ſudore atteſtante, & oculorum conuerſione, cum rubore vultus: ac deinde poſt effectum, diſplicere ſibi met ſeipſum faciat corpus, cum pallore, & quadam debilitate, & mœſtitudine.

Coitus pars comitialis morbi.

Comitialis morbus ſacer dicitur.

Coitus eſt quidam ſpaſmus.

55 ¶ Quibus ſuccinere videtur, quod ſcribit *Ariſtoles* lib. *Problematon* 3. cap. 9. poſt coitum *venereum*, animo plerumque omnes ſuccumbere. Et illud *Oſea* *Propheta* 4. cap. *Fornicatio*, & vinum, & ebrietas auferunt cor. Quem locum enarrans *D. Hieronymus*, ſicut (ait) vinum, & ebrietas mentem faciunt impotentem, ita fornicatio & voluptas peruertit ſenſum: animumque debilitat, & tandem de homine rationali, brutum animal efficit. Idẽ *Hieronymus* vtrunque incommodum corporis & animi coniungens in c. legimus. de *conſe. diſt.* 5. *Puellæ* (inquit) corpus frangunt, & animum. *Quin* *Virgilius* in illis verſibus, quos graphicè & luculenter, de vino & *Venere* conſcripſit, ita hæc duo viribus paria efficit, vt etiam vtrunque dementare homines, eorumque mentẽ furere dicat. Huic quoque ſententiæ ad hæſit *Diuus Gregorius* lib. 31. *Moralium*, cum caritatem mentis ex *Venere* exoriri dicit: & *D. Auguſtinus* lib. 1. *Soliloquiorum*, ca. 10. *Nihil* (ait) eſſe ſentio, quod magis ex arce deiiciat animum virilem, quàm blandimenta fœminea, corporumque ille contactus.

A coitu animo ſuccumbimus.

De eadem re.

56 ¶ Ex poſterioribus verò *D. Thomas* 2. 2. q. 15. art. 3. ſcribit intentionẽ hominis per *Venerem* maximè applicari ad corporalia. Ideoque debilitatur operatio hominis circa intelligibilia. Perfectio enim intellectualis operationis in homine, conſiſtit in quadam abstractione à ſenſibiliũ phantaſmatibus. Propterea, quãtò intellectus hominis magis fuerit liber ab huiusmodi phantaſmatibus, tantò melius conſiderare



intelligibilia poterit, & ordinare omnia sensibilia: sicut & Anaxagoras dicit, oportere animum intellectumque, nulla re esse mistum, ut imperet: Delectatio autem applicat intentionem ad ea, in quibus quis delectatur. Vnde Aristoteles libr. 10. Ethicorum, dicit, quod unusquisque ea, in quibus delectatur, optime operatur, contraria vero nequaquam. Igitur (ut ille subdit) non abs re dicit Gregorius, ex luxuria mentis proficisci cecitatem, quae ferme omnino spiritualium bonorum cognitionem excludit: sicut est contrario, castitas & abstinentia maxime disponunt hominem ad perfectionem intellectualis operationis. Vnde dicitur Daniel. 1. Pueris his, scilicet abstinentibus & continentibus, dedit Deus scientiam, & disciplinam in omni libro & sapientia. Haec ferè Thomas, qui & statim post in fine articuli, dicit, quod vitia carnalia, quod magis sunt remota à mente, eo magis eius intentionem ad remota distrahunt: unde magis impediunt mentis contemplationem.

57 **¶** Idem quoque in eod. lib. quaestione 153. arti. 5. postquam eum Anto. Flor. in 2. parte suae Summae, tit. 5. cap. 9. post prin. & è nostris Alber. in suo Lexico, in verbo, luxuria in cogitatione, dicunt, quod cum inferiores potentiae vehementer afficiuntur ad sua obiecta, superiores etiam vires impediuntur, deordinanturque (ut ipsi loquuntur) in suis actibus. Per Venerem autem maxime appetitus inferior, scilicet concupiscibilis vehementer intendit suo obiecto, scilicet delectabili propter vehementiam passionis, & delectationis. Ideo consequens est, ut per Venerem maxime superiores vires deordinentur, scilicet ratio, & voluntas. Subduntque esse quatuor rationis actus, in agendis, videlicet, Simplicem intelligentiam, quae apprehendit aliquem finem, ut bonum: Consilium de his quae sunt agenda, propter finem: Iudicium de agendis: & postremo Praeceptum rationis de agendis. Quae omnia probat multum impedi per libidinem.

58 **¶** Quadrat huic rei illud Psalmographi Poetae, Ode 57. Supercidit ignis, & non viderunt Solem. In cuius loci enarratione D. August. intelligit de igne venero. In eo enim sensu aliàs saepe ponitur in sacris literis, ut est illud Deute. 32. Ignis exarsit ab ira mea, & ardebit usque ad inferos. Et illud Iob 31. Ignis usque ad perditionem deuorans & omnia eradicans genimina. Et apertius apud Ecclesiasticum cap. 9. Propter speciem mulieris perierunt, & ex hoc concupiscentia, quasi ignis, exardescit. Poeta quoque in hoc significatu ignem plerumque usurparunt. Virgilius lib. 1. Aeneidos: *Occultum inspires ignem.* Rursumque statim in ingressu 4. lib. Aeneidos: *Et caeco carpitur igni.* Et alibi in Bucolico ludicro: *At mihi sese offert vltro meus ignis Amyntas.*

Et Horatius lib. 1. Carminum, Ode 27.

*Quae te cunque domat Venus,*

*Non erubescendis adurit*

*Ignibus.*

Vbi & hoc annotat Acron interpres. Et Ouidius in Epistola Paridis ad Helenam:

*Quis enim celauerit ignem,*

*Lumine qui semper proditur ipse suo?*

Quem locum ad eam rem annotauit Rodolphus Agricola, lib. de Inventionem Dialecticam 1. quo loco de nomine rei differit. Et idem Ouidius lib. Tristium 4. Elegia 9.

*Cum tamen hoc essem, minimoque accenderer igne,*

*Nomine sub nostro fabula nulla fuit.*

Et ante hos Lucretius lib. 1.

*Ignis Alexandri Phrygio sub pectore gliscens.*

Et Valerius Aedituus ad puerum Philerota:

*At certe hunc ignem Veneris, nisi sit Venus ipsa,*

*Nulla est quae possit vis alia opprimere.*

Et Terentius in Eunuchis: Accede ad ignem hunc. Cui simile est illud Porcij Licij, apud Gellium lib. Noctium Atticarum 19. cap. 9.

*Quaeritis ignem: ite huc. Quaeritis ignis homo est.*

Quod

Quod & de honesto castoque ac coniugali amore dicitur. Nam Valerius Maximus lib. 4. cap. 6. quod de amore coniugali est, Tuos quoque castissimos ignes Porcia, M. Catonis filia, cuncta secula debita admiratione prosequuntur. Nam & Horatius quoque, quo loco nuper citauimus, flammam etiam amorem appellat:

Amor flamma.

*Digne puer meliore flamma.* Et Ouidius lib. 1.

*Sic Deus in flammis abiit.* Et Martialis lib. 1.

*Incidit in flammis.*

Hinc ipse amor Feruidus plerisque dicitur, Horatio lib. 1. Carmi. Ode 30.

Amor feruidus.

*Feruidus tecum puer solutis*

*Gratie zonis.* Et Flagrans Virgilio lib. 1. Aeneidos:

Amor flagrans.

*Flagrantisque Dei vultus.*

Nam & amantes flagrare dicuntur. Iuuenalis alicubi:

*Qui nunquam vise flagrabat amore puella.*

59 **¶** Hincque etiam amor libidōque vrere dicuntur. Virgilius lib. 3. Georgicōn:

Amor urit.

*Virque videndo*

*Foemina.*

Et Horatius lib. 1. Carminum, Ode 19.

*Vrit me Glycerenitor.*

Et Catullus de honesto coniugum amore loquens, in Epithalamio Iuliae, & Mallij:

*Ille non minus, ac tu*

*Pectore vritur intimo.* Et Ouidius lib. 1. Fastor.

*Te quoque inextinctae, Silene, libidinis vrit.* Et lib. 3. eiusdem operis:

*Armiger armigeræ correptus amore Minervæ*

*Vror.*

In quam etiam sententiam est illud D. Pauli 1. ad Corinthios cap. 7. Melius est nubere, quam vri. Et torrere quoque dicitur amor, quod idem est. Hor. lib. 3. Car. Ode 19.

Et torret.

*Me lentus Glyceræ torret amor meæ.*

60 **¶** Propterea & è diuerso amantes ardere dicuntur. Virgilius lib. 4. Aeneidos:

Ardet amātes.

*Ardet amans Dido.*

*Quem secutus Ouidius, de eadem re loquens, lib. 3. Fastor.*

*Arserat Aeneæ Dido miserabilis igne.*

Terentius in Eunuchis, Amore (inquit) ardeo. Catullus de Acme & Septimio:

*Vt multo mihi maior, acriorque*

*Ignis mollibus ardet in medullis.* Tibullus lib. 2. Eleg. 4.

*Vror, to remoue seua puella faces.*

Ex quo & ardere pro vehementer amare usurpatur Virgilio in Eclog. 2.

Ardere pro uehemēter amare.

*Formosum pastor Corydon ardebat Alexim.* Et Horatio lib. Carminum 3. Ode 9.

*Donec non aliam magis*

*Arstisti.*

Vbi & Acron interpres hoc expendit. Hinc Cupido ille Deus libidinis, facem dicitur habere, qua hominum animos inflamat. Nam apud Ouidium lib. 1. Metamor. Phœbus ita Cupidinem alloquitur:

Cupido facem habet.

*Tu face nescio quos esto contentus amores*

*Irritare tua.*

Varro ille vnde quaque doctissimus, in quadam Satyra, faces amoris ardefactas vocauit, quasi ardore prægnantes. Et huc adde, quae supra diximus in 9. leg. cōnu. quo loco tractauimus de luxuria mulierū: vbi docuimus, Venerē igne, & calore cōfici.

61 **¶** Sed vt ad rem redeamus, Aristoteles lib. 7. cap. 9. Ethicorum, prodit voluptates esse impedimento prudentiae: atque quod magis hisce quispiam gaudet, eo quoque magis impedi prudentiam, vt in venerca fit voluptate. Nemo enim, dum est in illa, mente quicquam percipere potest. Sūntque, qui huc referunt illud Senecæ in Præfatione libri 7. Declamationū: Nihil est tam mortiferum ingeniis, quam luxuria. Quamquam de venerca luxuria non mihi loqui videtur. Huc quoque respicit id,

Rursum quantum coitus obest animo.



Venus unde dicitur.

quod plerique existimant, an tamen rectè, alij viderint, Venerem à Latinis appellatam à Ve, priuatiua & derogatiua particula, & vs, id est, mens, vt etiam interpretatur Plato libro de Legi. vltimo, quòd videlicet lasciua, quæ per Venerem significatur, mentem infringat, & supplantet robur ingenij. Oribafius autem lib. Euporiston 1. cap. 2. 2. Animositatem (inquit) minuunt vtique meretrices.

De eadem re. Minerva cur uirgo.

62 ¶ Quare non iniuria antiqui Vates & Philosophi, Mineruam prudentiæ, & literarum Deam, atque Musas disciplinarum præfides inuentricisque, virgines esse voluerunt. Nam & Camœna, teste Pompeio, Musæ dictæ sunt, quòd sint castæ mentis præfides: per hoc insinuantes, castos esse debere, & à Venere alienos, literarum animique cultores. Proinde cum apud Platonem Venus Musis minitaretur, nisi sacra Venerea colerent, se contra illas filium suum Cupidinem armaturam: responderunt Musæ, Marti, ò Venus, Marti talia minitare. Tuus enim inter nos Cupido nõ volat. Platonis in eam rem Epigramma adscribit Laërtius in vita illius. Stobæus Serm. 61. id dicit esse Musicij:

Ἄ κούρις μῦσαισι κοῦρασι τῆν Ἀφροδίτῃ  
 Τιμᾶτ' ἢ τὸν Ἴρου ὕμνι μὲ φροτισσομαί.  
 Χ' αἰ μῦσαι πόσι κούριμ, ἄρα τὰ σομύλα ταῦτα.  
 Ἡμῖν δ' ἐπέτα τὸ τοῦ καιδάρου.

Musas quidam fuisse meretriculas uolunt.

Est autem apud Lucianum Dialogus Veneris & Cupidinis, in quo Venus Cupidinem interrogat, quidnam causæ sit, quòd Mineruam & Musas suis iaculis non feriret. Quibus malo credere, quàm Myrtilo & Arnobio lib. 4. aduersus gentes, dicitur, Musas fuisse Macareis filias, Megaleonis ancillulas: & ita de his loquuntur, vt eas videri velint fuisse meretriculas. Et vt id non faciliè admitterem, sic nec omnino recipere, eas virgines fuisse, quando Cliùs fuisse dicuntur filij Ialemus & Hymenæus: Euterpes, aut (vt alij dicunt) Terpsichores, Rhesus: Thalia Palæphatus: Vrania Linus: Melpomenes, siue (vt alijs placuit) ipsius Terpsichores, Sirenes & Melius: Eratùs Thamyris: Polyhymnia: Triptolemus: Calliopes Orpheus: vt videtur est apud Tzetzem in Commentarijs in Hésiodum. Id enim tibi obiter dicere uolumus. At huic, quod de Pallade diximus, ad stipulatur, quòd ea apud Apollonium lib. 3. Argonauticò profitetur, se expertem esse iustum Cupidinis. Ita enim Iunonem alloquitur:

Ἡρῆ νῦν δ' αὖ μὲν με πᾶσι τῆν τοῖο βελάωμ.

Cupido cæcus.

Nec absimili ratione Poætæ ipsum Cupidinem cæcum finxerunt: quoniam videlicet cæcos efficiat atque hallucinantes, libidini deditos. Quanquam & id ad oculos corporis referri potest, vt supra alibi diximus, nume. 3. 9. ex quo fortè.

De eadem re.

63 ¶ Quid plura? nullum sensum natura longiùs, quàm tactum, ab intelligentia segregauit. Cum itaque quinque sint hominis sensus, quos Græci αἰσθήσεις vocant, per quos voluptas animo aut corpori quæri videtur, tactus, gustus, odoratus, visus, auditus: ex his omnibus voluptas, quæ immodicè capitur, ea turpis atque improba existimatur. Sed enim quæ nimia ex gustu atque tactu est, illa voluptas (sicuti sapientes viri censuerunt) omnium rerum foedissima est, eòsque maximè, qui duabus istis beluinis voluptatibus sese dederunt, grauisissimi vitij vocabulis Græci appellant ἀκολάσους, vel ἀκρασίς. Nos eos libidinosos, & intemperantes, vel incontinentes dicimus. Ista autem voluptates gustus atque tactus, id est, libidines in cibos atque Venerem prodigæ, solæ sunt hominibus communes cum bestiis. Et idcirco is pecudum ferarumque animalium numero habetur, quisquis est his ferinis voluptatibus occupatus, vt etiam annotauit Aristoteles lib. Questionum 28. capite 2. & latius capi. 7. & iterum Moralium Nicomachicorum 3. capite 10. & retulit Gellius libro Articularum Lucubrationum 1. 9. capite 2. & Aurelius Theodosius, qui totum hunc locum Aulo furripuit, ad fin. libri secundum Saturnalium: vbi & hæc verba post Gellium subdit: Quis igitur habens aliquid humani pudoris, voluptatibus istis duabus coeundi atque comedendi, quæ

homini

ἀκράσιοι qui dicuntur. ἀκρασίς item. Coitus nos brutis similes facit.

homini cum sue & asino communes sunt, gratuletur? Nam & hac potissimum ratione Aristoteles ipse (si tamen Aristoteles est) monet Alexandrum, vt coitu abstineat, quoniam ludus sit porcorum aliorumque brutorum animalium. Quæ enim tibi (inquit) gloria erit, si cum porcis communicaris? Ipse autem Alexander, cum re dicebat, somno, & coitu, veluti hæc duo præcipue ab illa diuinitate essent aliena, vt tradit Plutarchus in li. de Discrimine adulteris & amici, & Symposiacò Problematon Decade 8. cap. 1. & in vita ipsius Alexandri.

Alexander ex coitu se non esse se deum cognouit.

64 ¶ At Aristotelis præceptor Plato, Homerus Philosophorum à Panatio plerumque vocatus, in lib. 9. de Republ. Libidines rei venereæ & gulæ iniquas esse dicit immanèsq; & efferas: eòsque qui illis inuoluuntur, pecudibus comparat. In Phædro quoque hominem Veneri deditum pecudi similem dicit: & flagitiosum & impudentem, & voluptatis non naturalis audium vocat. Idem verò vitam coelibem castamque semper vixit: propter quod vsque adeò timuit peruersam temporum suorum opinionem, vt sacrificasse naturæ perhibeatur: quasi peccatum expiare veller, quòd liberos non procreasset: vt retulit Diuus Augustinus in libr. de Vera religione. In quo & illud quoque prodidit, Platonem ipsum discipulos edocere solitum, vt à venereis voluptatibus abstinerent: persuasissimumque haberent, veritatem non corporis oculis aut sensu aliquo, sed sola mentis puritate videri: ad quam percipiendam nihil magis impedimento esse, quàm vitam libidinis deditam. Sed & apud eundem Platonem circa initia libri primi de Republica, Sophocles ille Atheniensis (quem Tullius libro primo de Diuinatione, appellat diuinum poëtam) coitum ipsum agrestem furiosumque dominum vocat. Quod & commemorauit Tullius ipse in libro de Senectute, & Valerius libro quarto, capite tertio. De quo & nos diximus supra in 6. leg. connub. nume. 10. incipi. Sophocles. Cæterum Simplicius in Commentarijs Enechiridij Epicteti, capite 43. quo de re venerea agit, Omnis (inquit) corporalis voluptatis continentia rationalem animum corroborat. Denique Marsilius Ficinus naturæ rerum peritissimus, in eo libro, quem scitè non minus, quàm venustè, de Triplici vita composuit, coitum inter præcipuos studiorum hostes annumerauit.

De eadem re.

65 ¶ Horum autem efficacissima ratio depromitur ex iis, quæ scribit Hippocrates, diuini vir ingenij, ad calcem propè libri 1. πρὸ τῆν νόσων, id est, de morbis, Sanguinem qui in homine est, pluriam prudentiæ partem conferre, quinimò & totà, ex multorum sententia. Ideòque, mentis vacillatione siue phrenitin hinc prodire, quòd bilis mota venas sanguinèmq; intrat, eumque agitat. Suprà autem satis docuimus, sperma ex sanguine probissimo gigni, eiuusque medullà esse: ideòque, & sanguinè à multis vocari. Ex quo fit consequens, vt quò frequètius quis coit, eò magis prudentiæ officit.

Ratio præcedentium.

66 ¶ Et cum inter animi partes, siue malis, vires, potissima sit Memoria, necessarium illud maximè, vitæ bonum, vt dicit Plinius libro secundo, capite 24. Nihil cerè est, quod huic parti magis officiat, quàm immodicus concubitus, vt non abs re Aëtius Tetrabibli, id est, quaternionis 2. Sermone item 2. capite 23. quod de memoria amissa est, præcipiat, vt Veneris vsus sit rarissimus: neque enim eum ad totam sanitatem conducere, neque ad animæ rationationem, imò & tristitiam inducere, & laminationem illam in coitu contingentè, conuulsioni quodammodo esse cognatam: & perfrigerationem, quæ succedit, congelare quodammodo ac stupefacere intelligentiam. Nam & idem eiusdem sermonis cap. 8. tradiderat homines ex concubitu fieri obliuiosos. Miror autem, quid in mentè venerit Philippo Probo, qui hæc Veneris incommoda à me primùm collecta ex optimis quibusque autoribus in nota illa prima editione anni 1524. propè ad verbum transtulit in suas ad Ioã. Mo. addi. in rubr. de vita & honest. cleric. libr. 6. hinc tantum occasione sumpta, quòd ea rubr. vitur eo verbo, vita, quam nimio cõcubitu abbreviari dicit: & ad id proban-

Coitus memoria nocet.

Furtum huius libri.



67 *Coitus frequēs facit semen in-foecundum.* Verum, vt redeamus, his adde, si diuis placet, aliud incommodum, & quidem nõ contemnendum intemperati immodicque concubitus: quod sicuti loquendi intemperantia orationem inanẽ reddit ac stolidam, ita illorum semen, qui se ad coitum intemperantes præstant, infœcundum plerunque & sine fructu est, vt scribit Plutarchus in vita Lycurgi, & attestantur Philosophiæ Medicinæque scriptores, & comprobatur ratio omnibus cognita, quoniam immodicus Veneris vsus semen exhauriat, vt scribit Galenus in 1. lib. de semine, aut certè si quod reliquum sit, id nõ fati coctum sit, nec ideo generationi idoneum. Et hac fortassis ratione aliqui duobus antè mensibus arietes à coitu reuocant. Id enim præcipit Didymus apud autorem Geoponicõn libro 18. capite tertio. Qui & ipse eiusdem operis libro 17. cap. 3. tauros à communibus pascuis cum vaccis arceat duobus quoque ante admissuram mensibus. Quod & Varro se facere solitum testatur lib. 2. Rei rust. cap. 5. Quamuis Palladius Rei rusticæ lib. 8. cap. 4. aliam reddit rationem, quæ & huc quoque pertinet, vt scilicet facem libidinis augeat dilatio voluptatis.

68 *Fœmine frequenter coeunt, citò sterile- sicut. Et rarò concipiunt.* Id quod etiam in fœminis obtinet, quæ quod frequentius coeunt, eò velocius sterile- sicut. Quod & de asinis asserit Aristo. li. 6. de Historia animalium, c. 23. Plutarchus autem lib. 5. de Placitis Philosophorum, c. 9. Cur (inquit) mulier frequentius libidini indulgens non concipit? An quod (vt Diocles Medicus tradit semen non emittat? an quod minus, quam conueniat? an quod tale, in quo vis prolifica non sit: aut quod plus caloris, frigoris, humiditatis, siccitatisve, quàm par sit, habeat: aut deniq; quod resolutus veteris semen non cõtineat. Is autem liber inter opera Galeni quoque reperitur hoc titulo, De Philosophorum historia, quem nomine Galeni, in Latinam linguam traduxit Iulius Martianus Rota, cum multò antè tempore transtu- lisset Budaus noster nomine & titulo Plutarchi. Fuerunt autè vterque & Plutarchus & Galenus eodè penè tempore, sed Plutarchus paulò antiquior. Nam eum Galenus ipse citat ex Homericis meditationibus, in li. 3. de Hippocratis & Platonis decretis. Est autem is liber dignus vtriusque titulo, vt qui doctissimus est: eumque putat Leonhartus Fuschius in Annotationibus Galeni de Sanitate tuenda, quæpiam ex Plutarcho & aliis contexuisse. Nec conceptum tantum impedit frequens coitus, sed & ipsum iã factum corrumpit, vt postea dicemus, nu. 14. i. inci. quintum ne vxorẽ.

69 *Coeuntes frequenter minus in coitu delectantur. Rara maximè delectant.* Nec hoc incommodum prætereundum censuimus, quod qui frequenter coeunt, minus coitu delectantur: quòque coitus rarior est vsus, eò quoque suauior est, & magis voluptuarius, ex sententia Aristotelis, qui eius rei rationem reddit, libro de Generatione animalium primo, capite 18. & Auicennæ libro nono de Animalibus, capite sexto, vbi tamen dicit aliud esse in fœminis, quæ in mensuris sunt: & Petr. Apo. in Commentariis Aristotelis, Questionum encyclicarum 4. ca. 15. iterumque in eo docto opere, cui Conciliator titulus est, differentia 34. Idque est, quod Democritus dicit apud Stobæum, Sermone 15. *ἢ ἰδέου τὰ ἀνανήλικα γενόμενα, μάλιστα τὸς ὄσους.* Id est, Delectabilem quæ rarissima sunt, maximè delectant. Rursumque, *ἢ ὡς ὑπερβαλλοὶ τὸ μέτριον, τὰ ἐπιπορώσεσσι ἀπορπίεσσι αὐ γίνονται.* Id est, Si quis modum exceperit, iucundissima quæque iniucundissima fiet. Priorem autem sententiam etiam adscripsit Antonius Monachus ex incerto quopiam autore, 1. tomo Melissa, cap. 37. Alij id Epicteti esse dicunt. Cui concinit illud Diui Hieronymi ad Euagrium: Omne, quod rarum est, plus appetitur. Quod & repetitur in cap. legimus. 93. dist. Et idem Hieronymus in Vigilantium: Ardentiùs appetitur, quicquid est rariùs. Et facit etiam textus in §. quantacunque in fine. & ibid. glos. in verbo, miraculum, in Authentic. de Consul. & in c. si officia. in fine. §. dist. & in c. in sancta. 2. quæst. 7. & in c. quamuis. in princ. de pœnis, dist. 3. Et illud Martialis lib. 4. ad Pudentem: *Rara iuuant: venit primis sic gloria pomis.*

Hyber

*Hyberna pretium sic meruere rose.*  
Illudque alterius Poëtæ nostri temporis, quem multis antiquis non inferiorem meritò dixerimus. Is est Ioannes Secundus Hagienfis:

*Est modus & dulci: nimis immoderata voluptas*

*Tedia fuitimo limite semper habet.*

*Cerne nouas tabulas, rident florente colore,*

*Picta velut primo vere coruscant humus.*

*Cerne diu tamen has, hebetatæque lumina flectas:*

*Et ibi conspectus nausea mollis erit.*

*Sibque tuos oculos aliquid reuocare libebit,*

*Prisca quod inculta secla tulere manu.*

Et Iuuenalis Sat. 11. in fin.

*--Voluptates commendat rarior vsus.*

Et id quidem omnes quotidie in concubitu experiuntur. Tamen si Hippocrati aliud voluisse videretur in maribus, libro *πρὸς φῶρον* *πρὸς ἀσθενείαν*, id est, de natura pueri. Nam si vir (inquit) crebrò coeat, venæ hinc laxiores redditæ, Venerem magis incitant. *Aliud Veneris incommodum.* Quod si verum est, & id quoque inter Veneris incommoda ponendum est. Nam quò crebrùs coeas, eò huius rei appetentior eris.

70 *Sed & illud denique incommodum adscribemus, hunc immodicum & frequentem coitum, vocis suauitatis, si quid aliud, obesse plurimum. Hincque scribit Aristo teles lib. Historiæ animalium 7. c. 1. cantores à coitu abstinere solitos, vt ita diutiùs vox sine mutatione feruetur suavis, & canora: quæ in virilem sonum transit in his, qui rem veneream agere incipiunt. Fortunatianus scribit *αἰαφάνουσι*, id est exclamationem, claram vocem efficere: firmam autem & suauem cibi, potus, & ventris obseruantiam, & Veneris continentiam. Democritus (vt refert Plinius lib. 20. c. 4. Venerem raphano filem esse putat: & ob id fortassis (vt subdit ipse Plinius) voci nocere aliqui tradiderunt. Quod & ipsum autoritate Florentini tradit autor Geoponicõn 12. cap. 2. Ex quo intelligis, ea quæ libidinem incitant, vocem quoque lædere: vt è diuerso quæ Venerem inhibent, vocem iuuant. Nam Plinius lib. 26. cap. 10. autor est, radicem nymphææ inhibere Venerem, & effluentiam generis: ob idque corpus alere, vocemque.*

71 *Et huc (nisi fallor) alludit Martialis lib. 7. Epigram. 81.*

*Menophili penem tam grandis fibula vestit,*

*Vt sit Comædis omnibus vna satis.*

*Hinc ego credideram (nam saepe lauamur in vno)*

*Sollicitum voci parcere, Flacce, suæ.*

*Dum ludit media, populo spectante, palestra,*

*Delapsa est misero fibula, verpus erat.*

Et Horatius in Arte Poëtica:

*Abstinit Venere & vno, qui Pythia cantat*

*Tibicen.-- Vbi & id annotauit Ianus Parrhasius, vnus ex eius interpretibus, si*

*is est. Galenus autem lib. 6. de Locis affectis, ad fin. scribit cantores & athletas per omnem vitæ partem à Venere abstinere solitos. Vide tamen ea, quæ non multò post dicam num. 75. incip. rarus.*

72 *Ex his autem maximis incommoditatibus, quibus ex Venere affligitur & corpus & animus, satis potes intelligere, non abs re Horatium Damnosam Venerem appellasse, lib. 1. Epistol. 19.*

*Quem damnosam Venus, quem præceps alea nudat*

*Gloria.--*

Et alibi Libidinem damnosam, eiusdem operis lib. 2. Epistola 1. *Et libido.*

*--Per que*

*Crescere res possent, nimium damnosam libido.*

Nam & Ouidius li. 1. de Pœto, eleg. 11. eadèmq; vl. ad Flaccum, voluptatem Veneris *Et voluptas Veneris.*



damnosam quoque vocat, quod ea scilicet vires adimat & animi & coporis:  
*Nec vires adimit veneris damnoſa voluptas:  
 Non ſolet in mæſtos illa venire toros.*

73 ¶ NEQVE tamen maritos propterea à coitu moderato, ſed tantum immodico & intemperato deterere volumus: tum quia matrimonium ſuadet, vt interdum procreationi liberorum & honeſta voluptati (quod iam ſatis dictum eſt in 2. lege connubiali, numero 65. incip. ſecundum, vxor, & ſeq.) operam demus: tum quia coitus tempeſtius & non exuperans, vel reclamante Epicuro, ſaluberrimus eſt, nec pauca afferit comoda hominibus. Venus ſiquidem prodeſt morbis, qui contrahuntur à pituita, ſi verum dicit Hippocrates lib. 6. Epidemion, & Aphoriſmorum lib. 5. c. 23. & Ariſtoteles lib. Problemat. 1. c. 51. & iterum li. 4. c. 17. vbi & huius rationem reddit, quam tu, ſi lubet, videre poteris, & Auicenna in 20. 4. tract. cap. 10. & longè latèque Pet. Aponen. diſ. 186. Ideoque Epilepſiæ, quæ ex pituita eſt, vt latè probat Hippocrates in libro, quem de eo morbo nuncupatim edidit, Venerem Aſclepiades & alij plerique imperabant, vt tradit Cælius Aurelianus li. Chronion 1. cap. 4. Quo in loco ipſius in ea re ſententiam reperies. Nam ſunt, qui huic opi-  
 nioni aduerſantur, vt ſuprà diximus.

Venus morbis  
 pituitofis pro-  
 deſt.

Epilepſiæ.

74 ¶ Confert & Venus melancholicis per viam aduſtionis, vt teſtis eſt ipſe Ariſtoteles lib. Quæſtionum 4. c. 31. & ibi Aponenſis ipſius interpres, & Auicenna, d. c. 10. vbi & alia multa coitus iuuaméta adducit. Et id quod de melancholicis diximus, intellexit Home. vt oſtendimus in noſtro tract. Nobilitatis, quo loco de Medicina Home-  
 meri diſſeruiſmus, num. 184. incip. ſciuit autem concubitum. Idem autem Ariſtoteles eo. lib. c. 30. Cur (inquit) quibus calida natura eſt, ſi modò robuſti plerique ſunt, niſi concumbant, iis ſepe bilis proſilit, & alius amara ſuccedit, & pituita ſalfa conficitur, & color corporis immutatur? Cuius rei rationem ibi videre poteris.

Et Melancho-  
 licis.

Et qui calida  
 natura ſunt.

Oculorum acu-  
 mini.

Morbo regio.

Et quibus ſc-  
 ſchiadicis.  
 Et interdum po-  
 dagricis.

Virginibus ſu-  
 rioſis.

Narium diſtil-  
 lationibus.

75 ¶ Rarus coitus, vt ſcribit Cornelius Celfus, corpus excitat: & vt memoria prodi-  
 dit Plinius libro Naturalis Hiſtoriæ 28. ca. 6. athletæ torpentes Venere reſtituuntur. Venere vox reuocatur, cum è candida declinat in fulcam. Medetur & lumborum dolori, oculorum hebetationi, mente captis, ac melancholicis. Idem lib. 18. c. 4. tradit à ſerpente & ſcorpione percuſſos coitu leuari, verum ſcæminas ea Venere lædi. Et vt ſcriptum reliquit clariffimus Medicinæ conditor Galenus lib. 6. de Locis affectis, ſiue vt vulgò loquuntur, de interioribus, cap. 5. Sunt nonnulli, qui niſi aſidue coëant, capitis grauitate moleſtantur, cibos faſtidiunt, ac febris obnoxij ſunt: atque vt deterior eſt ipſis appetentia, ita & concoctio minor. Hos Plato arboribus immodicè fruſtiferis comparat. Equidem noui quosdam, quibus huiusmodi erat natura, qui præ pudore à libidinis vſu abſtinentes torpidi pigri que facti ſunt:

ſunt: nonnulli etiam melancholicorum exemplo, præter modum mæſti ac timidi, cibi etiam tum cupiditate, tum concoctione vitia. Quidam vxoris mortem lu-  
 gens, & à concubitu, quo antea creberrimè vſus fuerat, abſtinentes, cibi cupiditate amiffi, atque ne exiguum quidem cibum concoquere potuit, vbi verò ſcipſum cogendo plus cibi ingerebat, protinus ad vomitum excitabatur: mæſtus etiam apparebat, non ſolum ob has cauſas, ſed etiam (vt melancholici ſolent) citra manifeſtam occaſionem. Hæc ergo conſideranti mihi apud me ipſum, viſum eſt longè maiorem ex retento ſemine, quàm menſtruis, corpori noxam euenire poſſe: præſertim in his, qui ſuapte natura vitioſis abundant humoribus & pleni ſunt, atque in otio educati: quique cum antea nihil ad libidinem reliqui feciſſent, affatim continere cœperunt. Equidem perpendi in his naturalem excernendi ipſum cupiditatem, huius rei cauſam eſſe: Cum enim & tale & tantum fuerit, neminem non ad ſui excretionem vi quadam ſtimulat. Ita Diogenem Cynicum narrat alioquin omnium mortalium (quod ad continentiam pertinet) conſtantiffimum, libidini tamen induſſiſſe, non à copulata illi voluptate, veluti bono aliquo illectum: ſed vt noxam, quæ à retento ſemine provenire ſolet, euitaret. Eum meretrix adire pollicita, cum diutiùs ceſſaret, ipſe manu pudendis admota, ſemen proiecit, ac venientem deinde mulierculam remiſit, inquiens, Manus Hymenæum celebrando te præuenit. Quam Diogenis hiſtoriam etiam tangit Agathius Scholaſticus libro ſeptimo Epigrammatum Græcorum, eo Epigrammate, cuius in-  
 titulum eſt,

Semen retentū  
 maiorem noxā  
 afferit quàm  
 menſtrua.

Diogenis ob  
 ſcœna hiſtoria.

ῥοίνης τις πρὸς ἑρωτες τοι ἔπιβου, &c.  
 Vbi eam meretricem Laïdem fuiſſe dicit. Sed vt ad Galenū reuertamur, ſubdit quæ ſequuntur. At planè conſtat, modèſtos viros non ob voluptatem, ſed vt ab impedimento præſeruentur, libidini indulgere, perinde ac ſi nulla eſſet ei voluptas coniugata. Sic etiam reliqua animalia ad coitum excitari arbitror, non quòd exiſtiment voluptatem boni cuiuſpiam ſpeciem præ ſe ferre, ſed vt ſemè quod ob retentionem ipſis moleſtum eſt, excernant, haud ſecus quàm eiiciendi ſtercoris, excernendæq; vrinę deſiderio ſuapte natura moueri conſueuerunt. Subdit & exemplum de muliere quadam, quæ ex longo iam tempore vidua, cum præter cætera mala neruorum quoque moleſtiis vexabatur, ac dicente obſtetrice vterum eſſe retractum, remediis ad huiusmodi affectus conſuetis vti decreuit: quibus adhibitis partim ob ipſorum calorem, partim etiam quòd inter curandum manibus tractarentur partes muliebres, oborta titillatione, cum labore & voluptate, veluti per coitum vſuenerit ſolet, exereuit craſſum plurimumque ſemen: atque ita à moleſtia ſua liberata eſt mulier. Proinde manifeſta coniectura aſſecutus ſum, vitiatum ſemini maiorem quàm menſtruis, eſſe vim, ad noxam vniuerſo corpori inferendam. Itaque licet hæc quidem aliquando profluant è viduis, ſuppreſſum nihilominus ſemen moleſtiam noxamque ipſis inferre poteſt.

76 ¶ Paulus quoque Aegineta, qui vniuerſam Medicinam à Galeno ipſo, & Oribafio per innumeros ferè libros traditam, in ſeptè libros compèdiòſè redegit, in illorum 1. c. 35. At ne Venus quidè (ait) vtilitate caret, vtpote quæ plenitudinè vacuat, corpus auctum, leue, virile reddit. Et quod ad animum pertinet, rationis vim impeditam ſoluit, ingètes iras remittit. Idcirco melancholicò aptiſſimum remedium, ſi quicquam aliud. Reducit autè ad modeſtiam, vel alio quouis modo inſaniētes; atq; morbis quos pituita conſlauit, magno pere conducit: faſtidiētibus cibi appetētiam reſtituit: nonnullos à crebris quoq; ſomniis liberat. Et poſt pauca: Vt labor (inquit) ſic & concubitus, ſi modus ſeruetur, vtilis eſt. Nā & ad opus excitat, & facilitatem quandam ei, qui ſic conſueuerit, præbet. Et cap. 98. ſcribit coitum moderatum non rarò ſomnum conciliare. Oribafius lib. 1. Euporiſton cap. 2. 2. de Venere loquens: Mutat (inquit) cognitio ad manſuetudinē, vt etiam melancholiam amantiſ & maniam componat & eroticon. Rufus, cuiuſq; autoritate Aërius Terrabilis 1. Sermone 3. cap. 8. Reſtat vt vtilitates Veneris recenſeamus: neque enim penitus inutiles, &



omnibus nociuæ res venereæ existunt, si & vsu, & tempore, & modum, & sanam ventris constitutionem inspicere velis. Vtilitates ex coitu hæ sunt, repletionem euacuare, & leuius reddere vniuersum corpus, idemque ad augmentum promouere & virilius efficere. Duris habitudinibus ex longioribus interuallis vsus eius commodat. Mollit enim organa, & meatus dilatat, & pituitam expurgat, & impeditam rationis vim explicat, & maximas iras remittit. Quapropter & atra bile percitis subtristibusque & hominum corfortia fugientibus, velut magna quædam medela, commodissimus existit. Sed & iuxta alium modum furiosos ad sanio rem mentem reducit: & quosdam comitali morbo prehenso sanat, & capitis grauitatem ac dolorem ad integritatem permutat. Et paulò post: Multi quoque ex morbis alimentum non sentientes, ex vsu ipsius refecti sunt: alij bene spirantes ex egrè spirantibus euaserunt: alij cibos auersantes appetentiam edendi assecuti sunt: quidam à frequentibus feminis per somnum effusionibus liberati sunt. Hæc ille, quæ Paulus Aegineta propè ad verbum, vt vides, in suum librum transtulit. Fuit enim Aëtius illo prior, eumque citat lib. 4. in princ. quanquam sunt, qui alium eum esse putant, quem citat Paulus, effèque mendum in verbo Aëtius: nam Aretæus esse scribendum ex Græco codice Aldi, vbi scribitur, *καταδόνου Αρεταίου*. Nec Aëtius Cappadox fuit, vt illum appellat Paulus, sed Abydenus. Constantinus in Viatico, libro primo, capite vigesimo, ex eodem Rufo: Coitus (inquit) iis confert, quibus nigra cholera & melancholia dominantur.

Aëtius prior  
Paulo Aegineta.  
Pauli Aegineta  
locus.

77 ¶ Rasis ad Almanforem lib. 4. cap. 17. Coitus corpus repletum alleuiat, & animam hilarem & lætam efficit, eiusque auget leuitatem: iram quoque sedat, ac cogitationem remouet: caput alleuiat, atque sensus. Denique, si quis multo vsus fuerit coitu, repletionis malum euacuando euadet. Haly Abbas in 5. Theorica cap. 36. Si huius superfluitas (de spermate loquitur) suis aucta in vasis, coitus non purgatur, nec poterit eam expellere natura, in inguinibus fit, & illis simul, extensio, omnique in corpore grauitas: sæpèque suis sperma calefit in vasis, fitque febris: quoniam membra hæc quidem post illa calefiunt, donec cordi calor ille continetur: nonnunquam eius vapores ascendunt ad cerebrum, vbi & pessimos generant morbos. Et statim inferiùs: Dimissio coitus hebetudinem sensuum & intellectus parit, & capiti accidit grauitas, & visui tenebræ, & frangitur corpus, & appetitus immittitur ciborum: & nonnunquam complexio declinat à statu suo: aliquoties etiam patitur maniam ex vaporibus spermatis ad cerebrum ascendentibus: sæpe quoque fit corpori frigus, & nonnunquam tremor præcordiorum, pectoris attractio, sæpe etiam scotomia & vertigo. Item si vsus fueris (inquit) coitu, vt oportet, cogitationes cedunt, ira mitigatur & mania, melancholicæ prodest passioni: prodest etiam phlegmaticis morbis, somniorumque medetur multitudini, & appetitum confortat. Oribasius autem ipse in Compendio Medicinæ, 6. cap. ex ipso Rufo multa tradit commoda Veneris, multaque incommoda, in hæc verba: Veneri actus iuuamina sunt ista, vt qui multum repleti sunt humoribus, euacuentur, & leuiore præstentur corpore, & augmententur, vt viriles appareant in corpore. Si verò frequens sit, intellectum animi dissoluit. Nam iracundos temperat, & mites facit, propter quod melancholicis magis, quam aliis, sanitas vtilissima est, & expediens Veneris commixtio. Componuntur autem ex his ad integrum sensum etfi ex alio modo infaniunt. Et his, qui ex phlegmate ægrotant, optima est Venus, & his qui crassi sunt corpore, si non repleti cibo misceantur. Hi autem per somnum frequentius euacuat liberantur. Et alia quæ sequuntur, propè similia iis, quæ ex Aëtio descripsimus. Nam & vterque vt diximus, sumpsit ex Rufo.

78 ¶ Auicenna in prima tertij, tractatu 5. cap. 8. Quandoque (ait) accidit huiusmodi, vt in vasis seminalibus aggregetur sperma plurimum, & corrumpatur, & infrigidetur & conuertatur ad qualitatem venenosam: & accidit ei, sicut epilepsia. Et in vigesima tertij, tractatu primo, capite decimo sic ait: Coitus alleuiat corpus, & ipsum

ipsum præparat ad augmentum. Et aliquantò post: Et quandoque sequitur ipsum coitum expulsio cogitationis dominantis, & acquisitio audaciæ, & edomatio iræ superflua. Et iterum post pauca: Plurimorum, quorum complexio requirit coitum, cum ipsum dimitunt, infrigidatur corpus, & cadit appetitus cibi, ita vt etiam non recipiant. Et rursus non multò post: Quandoque accidit viro ex dimissione coitus, & abundantia spermatis, & frigore, & conuersione ipsius ad ventositatem (& forsitan vult dicere venositatem) vt mittat sperma ad cor & cerebrum, vaporem malum, ventosum (vel quod magis credo, venenosum) sicut accidit mulieribus ex coarctatione matricis. Sed & in 21. tertij. cap. 2. Retentio spermatis est mala valde. Et in Canticis lib. 1. cap. 153. Coitus commendatur iuuenibus, quatenus per eum à nocentis perniciosi liberentur. Quem locum enarrans Auerrois, Item Auerrois ipse libro 6. Collig. Coitus moderato vsu conueniens existit. Quod non concedimus, nisi quia sperma est vna superfluitas præparata à natura, vt expellatur, sicut & alia superfluitates, excepto quod in se bona est.

79 ¶ Haly Rodoin in 3. Techn. commento 35. Si superfluitas in corpore aggregata, ex spermate non egreditur per coitum, coarctatur in corpore, & ex ea generantur ægritudines male. Nam coarctatione feminis, generantur ex eo vapores mali, qui ascendunt ad cor, & cerebrum, & stomachum: & corrumpunt sanitatem illorum membrorum, & generant ægritudinem. Et forsatis ex eo est aliquid simile veneno viperino: sicut accidit ei, qui assuevit coitui, & dimittit eum longo tempore, ex debilitate appetitus cibi, & pigritia à motibus, & generatione humoris melancholici: & forsasse corrumpitur, & excitatur ex eo, quod est simili virtute veneni, sicut illud quod accidit viduis ex suffocatione matricis, & multis viris, qui ex eo moriuntur subito. Albertus Magnus libro de Animalibus 15. tractatu 2. cap. 5. Aliquando (inquit) propter nimiam retentionem spermatis in infirmis corporibus accidit congregari multas malas superfluitates, quibus plurimum impeditur corpus. Et post pauca subdit, quòd hinc quandoque mors accidit. Et Arnaldus Villanouanus in Speculo: Si coitus (inquit) fuerit remissus, vel ex toto etiã fuerit prætermisus, coarctato spermate in vasis generationis propter pollutiones, euenit grauedo, tristitia: perturbatio intellectus aduenit corpori propter vapores corruptos, ad cor & cerebrum venientes, & interdum vasorum apostemata.

De eadem re.

80 ¶ Ex recentioribus quoque Petrus Aponensis naturæ rerum & Medicinæ consultissimus, in Aristot. lib. 3. Quæstionum orbicularium, cap. 1. Per coitum (inquit) cum necessarium fuerit, homo alleuiatur, & lacris efficitur anima, malum expellendo consilium. Idem multa in eandem sententiam scribit in lib. earundem Quæstionum 4. cap. 2. 9. sed multò plura in suo nobili opere, quod Conciliatorem vocauit, vbi veterum præcepta Medicorum simul connectit, atque conciliat, differentia 124. & iterum diff. 186. Multa quoque Michaël Sauonarola tracta. 2. cap. 1. in quarta re non naturali: & Valescus Tarentinus in suo Philonio libr. 6. cap. 3. in 9. articulo & Constantinus Africanus in lib. de Coitu: & ex aliorum autoritate Antonius Gazius in suo lib. quem Coronam floridam nominat, cap. 33. & postremò Symphorianus in sua Rosa florida, quam satis impudenter ab ipso Gazio magna ex parte furatus est, vir alioquin non indoctus, c. 8. ipsius operis.

De eadem re.

81 ¶ Horum sententiis fulcit vetus illud Veneris ἀμειβορής cognomine simulacrum, Spartanis ex oraculo erectum, vt testatur Pausanias libro tertio. Est enim ἀμειβορής, tanquam senectam differens. Quasi Venus non importuna, minimèque intempestiua senectutem arceat. Sed illud non prætermittendum duximus non conuenire Astrologis cum Medicis asserentibus coitum prodesse melancholicis. Astrologi enim Venerem & Saturnum inimicos inuicem esse dicunt. Nam si quem Saturnina passione occupatum leuare velimus per venereos actus, frustra (inquit) sit. atque

Venus ἀμειβορής  
Λογία.

Venus an melancholicis prodest.



atque etiam cum iactura conemur: utpote cum sint remedia longè distantia. Ideò que optimum temperamentum esse, per quædam Phœbi Iouisque, qui inter Saturnum & Venerem sunt medij, remedia, homines ad medium reuocare, vt scitisimè à Marfilio Ficino annotatum est, lib. de Vita longa, c. 16.

82 **¶** *MVLTA SVNT* ergo (vt redeamus) Veneris modicæ rariorisque commoda, multa item frequentioris immoderataque incommoda: vt non abs re veteres (quod Plutarchus tradit in Præceptis connubialibus, & alibi nos retulimus) Mercurium rationis præsidem, iuxta Venerem collocarint: tanquam voluptas venerea ratione maximè indigeat, quæ ad modestiam, siue modum nos ducat, vt nec minus, nec plus quàm oporteat, illam exerceamus. Nam vt scribit Euripides in Medea, de ea re loquens,

Ἐρωτες ὑπὲρ μὲν ἄρα  
ἑλθόντες, ἐκ δὲ δόξαι,  
ἄνοστοι. ἐ δ' ἄλλος ἔλλοι  
κτύπος, ἐκ ἄλλα θεός  
ἑύχαρις ἔστω.

Et paulò post:

Ἐπεὶ δ' ἄλ' με σωφροσύνα  
δάσνυα λαλῶντος δεδῶ.

Id est, ad verbum, quantum fieri potest:

Amores supra quidem nimium  
Venientes, non laudem

Neque vires tradiderunt

Viris. Si autem, quod satis est, venerit

Venus, non alia Dea

Gratiosa vsque adeò.

Placet enim mihi modestia,

Donum pulcherrimum Deorum.

Quam sententiam & nos atulimus supra in 2. l. connub. num. 72. incip. ad quam sententiam, ad aliam rem huic proximam. Cui concinit & alia eiusdem sententia, quam tu videbis infra num. 91. ex illis autem.

83 **¶** Cuius rei non satis fortasse plerisque videbitur maritos admonuisse, nisi & illud declarauerimus, quis rarus, temperatiusque atque moderatus coitus dicatur, quisve frequens, atque immodicus. Apud Sofomenum lib. 9. Historiæ, quam triperitam appellant, c. vlti. Aëas philosophus ex Palæstinæ Gaza, cum pulcherrimam vxorem duxisset, ter cum ea tantum concubuisse, totidemque filios genuisse fertur. Quem si viri imitandum sibi proponerent, nescio an fœminæ, quantumlibet pudicæ, sibi satis esse ducerent. Et profectò satius esset omnino eius voluptatis expertes eas manere, quàm eam ipsam delibare, & veluti primoribus labris tantum attingere. Solon qui & sapiens vnus fuit ex septem, & νομοθετης, id est, legum conditor, solus ex septem, legibus sanxit, vt Plutarchus in eius vita tradit, vt ter singulis quibusque mensibus omnino vir vxori congregeretur: tanquam is peccare videatur, vel in exuperantia, vel in defectu, qui frequentius rariùsve coierit. Sed certè verum est, quod scribit Cornelius, quo loco nuper citauimus, frequentem coitum non tam numero esse æstimandum, quàm natura, ratione ætatis, & corporis. Adde si placet, & temporis, propter ea quæ aliquanto post dicentur. Subdit autem Celsus: Scire licet, cum non inutilem esse, quem corporis neque languor, neque dolor sequitur. Idem interdum peior est, noctu tutior: ita tamen, si neque illum cibis, neque hunc cum vigilia labor statim sequitur. Et alibi, videlicet c. 1. libri primi, Venerem scribit hyemè non æquè perniciosam esse, vere tutissimam, æstate verò & autumno minimè vtilem: tolerabiliorem tamen per autumnum: æstate in totum, si fieri potest, abstinendum.

¶ Hipp

84 **¶** Hippocrates Deus Medicorum, scribens libro de Popularibus morbis, siue Epidemion sexto, ἰσῆνοι, σῆλαι, πότρα, ἰπνοι, ἀφροδίσια, πᾶσι μετρίαι: id est, Labores, cibi, potus, somni, venerea, omnia mediocria: modum ipsum singulorum definiuit, addito ad finem dictionis epitheto, mediocria. Et tempus æquè signauit ipso fermonis ordine. Quippe sanitatis tutelam à labore aufpicandam esse, quem excipere debent cibi, potio, deinde somnus, mox Venus: in his videlicet (vt scribit Galenus hunc locum Hippocratis enarrans circa initia libri 2. de Sanitate tuenda) quibus Venere vtendum est. Nam reliqua certè omnia cuiusque ætatis sunt communia: Venus ætate tantum florentium est. Idem Hippocrates libr. 3. ἡγεὶ διαίτης, id est, de Ratione victus, præcipit vt Venere rariùs veris tempore vtamur, æstate nullo pacto. Cui concinens Pythagoras dicebat venerea hyemè, non æstate faciendâ, autumno ac vere leniùs, testis Laërtius. At ipse Hippocrates eodem illo opere, lib. primo, monet eos, in quibus potestas aquæ plurimum ab igne separatur, vt Venere rariore vtantur. Cui subscribens ipse Galenus libro sexto eiusdem operis de Sanitate tuenda. Venus (inquit) siccis temperamentis est inimicissima. Et post pauca: De Veneris vsu dictum supra est, eam omnibus, qui sicco temperamento sunt, inimicam esse. Nunc verò etiam ex hoc numero potissimum aduersa est iis, qui supra siccitatem, frigiditatem quoque sunt. Nam innoxia Venus his tantum est, qui calidi humidique sunt, tum verò, qui genitura naturaliter abundant. Sed & haud multò post: Quibus inculcata corporis constitutio est, non debent ij (veluti siccis supra præceptum est) à Venere omnino abstinere.

85 **¶** Porro idem Galenus lib. 3. eiusdem operis, docet abundè, quæ post Venerem exercitatio conueniat, vt ibi videre poteris. Idem quoque lib. 3. Artis parua (is est, cui titulum fecit, ἰατρικὴ τέχνη) hæc scribit: κατὰ τὴν ἀλυσίαν, ἐκ διαλεμμάτων τυλιγμάτων, &c. Hoc est, Re vera (inquit) sanus est coitus ex tanto temporis intervallo, vt corpus ex ipsius vsu neque sentiat exolutionem, ac leuius perspiratiusque reddatur. Porro concumbendi tempus, quando corpus diligerenter medium fuerit omnium exteriorum intemperierum, neque nimium repletum, neque ieiunum, neque nimium refrigeratum, neque nimium calefactum neque siccum, aut humefactum immoderatè. Quòd si interdum peccare contigerit, exiguum sit peccatum: sed præstat vt repletum, calefactum, ac humefactum potius, quàm ieiunum, aut refrigeratum, excicatumve corpus, vtatur concubitu. Idem in eo ipso opere, quo loco differit de temperatura testiculorum, Temperamentum (inquit) calidum & siccum petulcum est, & ad libidinem pronum: statim verò satiatur: & si vim inferas, offenditur. Si autem caliditas humiditati coniungatur, plus semine abundant: non tamen plus cæteris appetunt, sed minori detrimento præter modum venereis indulgent. Quòd si ambo simul excreuerint, caliditas scilicet & humiditas, non sine detrimento venereis abstinent. Idem enarrans illud Hippocratis à nobis supra citatum ex lib. 6. Epidemion, Venerem morbis à pituita ortis remedio esse: Non cunctis (inquit) ex pituita laborantibus, sed quibus vires firmæ sunt, Veneris vsus prodest. Imbecilli enim ab ipsa ad extremam debilitatem redacti, magnopere læduntur. At qui viribus excellent, non dissoluuntur, sed contra iuuantur, Veneris vsu pituita copiam desiccante. Concubitum enim constat, vt vigiliam, excicare, quoniã scilicet humores abundè digerant. Quin etiam coitus robustorum corpus calefacit: infirmorum autem continuò quidem calefacit, sed postea vehementer refrigerat. Idem in eodem libro tradit: Omne corpus Venere excicatur, non tamen alii semper excrementa, sed eorum, quorum vires labefacta, & membra à quibus alimentum conficitur, in ventre contenta distribuuntur, refrigerata fuerunt.

86 **¶** Oribasius lib. Euporiston 1. c. 2. Qui autè (inquit) vtuntur Venere, cauere oportet nimiam repletionem cibi, & magis vini, & inanitatem post vomitum, & post ventris purgationem factam, & quibus voluntariè solutus est venter. Caueant autem & indigestionem post laborem factam: & si qua accedit agritudo, aut certè su-



specta est, vt accedat. Nam & in autumno, Veneri commiseri non oportet, nec in aliis temporibus, in quibus pestilentia dominatur. Tempus autem vtilissimum conceptioni, est post cibum ante somnum. Per somnum enim mox componitur corpus, id est, ciborum operatio in sanguinem. Hoc etiam tempus & ad generandum est vtile, propterea quod mulier mox addormiscens, continet semen.

- 87 **¶** Aëtius Tetrabilis i. Sermones 3. ca. 8. Natura (ait) ad Venerem apposita sunt calidiores, & humidiores, eiusque vsus, plus quam alia, ferre possunt, minimè autem sicca & frigida. Est & vigentium natura ad eam accommodata, semen verò nequaquam. Ex temporibus ver aptum est, ineptus autumnus & aestas: sed neque hyems commoda est propter frigiditatem. Est sanè diæta quoque calidior & humidior ad coitum idonea: contra sicca & frige faciens inutilis. Humida enim diæta etiam impotenti ad coeundum commodant. Oportet igitur humidum & calidum esse vitum, cui accedere debet labor moderatus, & cibus boni succi. Vinum itaque sit colore fuluum, substantia tenue, panes puri furnacei recetes, carnes hædorum, agnorum, & porcorum. Ex volucribus, gallina, attagena, perdices, anseres, anates: ex piscibus, polypi, & molli carne præditi: olerum, horminum, irio, eruca, rapum bis coctum, & flaccidum factum. hæc enim medicamenti loco exhibentur: leguminū, fabæ, cicer, ochri, phaseli, pisa, dolichi. Nam & flatu corpus implet, & luculenter alunt. Magnopere etiam optimam viam laudo, quod ad hanc victus rationem attingit: humectat enim, & sanguine ac spiritu corpus implet. Cæterum qui Venere uti volent, recentes repletiones vitabit, cruditates item, ac ebrietates, similitèrque famem. Malum est enim repleto corpore coire. Item à gymnasiis & balneis vitandæ lassitudines, & prægressi vomitus, & alui profluvia recentia: nam inueterata aliquando per Venerem resiccantur. Commodissimum coeundi tempus est à cibo non nimium ingestio: nam & ad robur conducit, & frigiditates euenire solita minus fiunt. Et si quidem à prandio quis ad Venerem incitetur, quiescere oportet, donec cibus desideat. Si verò à cena, necesse est paululum dormire. Porro vehementes impetus ac cupiditates ad Venerem non probo, sed eis resistere suadeo, præsertim si cui morbus sit, qui ex Venere facile offensionem perceptet. Hæc ille ex Rufo. Sed & cap. eiusdem Sermonis 93. Calidum & siccum temperamentum concitatum quidem est ad Venerem, verum citissimè fatiatur: & si cogatur, læditur. Si verò humiditas ad caliditatem accedat, hi plus seminis habent, non tamen magis aliis appetunt, sed multæ Veneri minore detrimento sufficiunt. Si verò humiditas & caliditas multum fuerint simul auctæ, ex veneris abstinentia magis læduntur.

- 88 **¶** Paulus quoque Aegineta lib. i. cap. 35. in eandem propè sententiam: Concubitum non admittunt victus refrigerans, arefaciensque, ætas senectutis, tempus autumnii. Et aliquando post: Igitur qui in Venerem congressurus est, obseruare debet, ne tum vel satietas, vel cruditas, vel fatigatio, vel vomitus infestet. Item neque purgatio, neque repentinus alui fluor: quamuis nonnunquam diuturno fluori eò quod arefacit, sit medicamentum. Vehementem verò concupiscentiam tantum abest vt laudem, vt ei magis renitendū censeam, maximè quibus ex morbo prouenire putatur. Commodissimum itaque fuerit post exercitationes, & balnea, atque cibum modicum, coire. Sic enim & robustiores erunt vires, & frigoris vitabimus nocuentum. Hora verò ad concubitum aptior est post cibum, vt diximus, & ante somnum: quippe subsequens somnus laborem remittit. Adde quod hoc tempus ad sobolem procreandam aptissimum, cum ob alias causas, tum quod femina dormiens genituram melius retinet. Quem locum propè ad verbum sumpsit ex Oribasio, vbi supra citauimus. Sed in hoc aduersari vterque videtur Gale. in lib. 2. de Sanitate tuenda, quem supra citauimus nu. 84. dum ibi vult Venerem sequi somnum, hi autem præcedere. Sed tradit Andernacus illum locum Pauli interpretans, intelligendum esse illud, secundum cibum, non statim, sed cococtione obita. Nihil enim refert, si somnus aliquis breuior præcesserit, sequatur autem prolixior, ex quo vires recolligantur. Sed

(vt rede

(vt redeamus) idem Paulus illius lib. i. c. 71. scribit Venerem aridioribus simul vniuersis officere, præsertim si cum siccitate frigiditatem copulant. Eandemque solis calidis, & humidis innocuam esse. Et Soranus in Isagoge, cap. 5. Hyeme (inquit) Veneri non parcas. Et paulo post: Aestate cum Venere coitum non facere ex toto oportet. Et iterum mox: In autumno à Venere & frigida abstinere oportet.

- 89 **¶** His fermè similia scribit Auicenna (vt ad Arabes veniamus) in 20. tertij, tractatu r. ca. 22. inquit, Oportet, ne coitus fiat super repletionem: prohibet enim digestionem, & facit cadere in ægrotudines, quas efficit motus super repletionem, & debilitat. Et oportet quantum possibile est, ne coeat aliquis, cum adest vacuitas. Iterum: Hoc enim est nocibilis, & onerosus natura, & magis perneccas calorem innatum, & magis attrahens liquefactionem, & hæticam, & arefactionem. Imò oportet vt fiat, cum cibus descendit à stomacho, & completur digestio prima, & secunda, & mediatur dispositio in digestionem tertiam, & hoc diuersificatur in hominibus: nõ ergo est audiendus sermo eius, qui dicit, oportet, vt fiat illud post complementum digestionis tertiam ex omni modo. Illa enim hora, est hora vacuitatis, cum corpus incipit esse in sparsione, & in omnibus membris sunt reliquia cibi in via digestionis. Nam & post pauca: Oportet ne coitus fiat nisi à desiderio sano, quod non excitat aspectus, aut intuitus, aut pruritus, aut ardor, sed commouet ipsum multitudo spermatum. Et oportet, vt vitetur coitus post facultatem nauseatiuam, & post euacuationes fortes ex vomitu, & fluxu ventris, & colica passione, & diaria facta subitò, & post motus corporeos, & animales, & post motum vrinæ, & stercois, & phlebotomiam.
- 90 **¶** Rasis item lib. 4. cap. 17. A coitu etiam corpora habentes sicca, vt ab inimico interficente, sibi cauere debent. Conualescentes quoque & debiles atque macri, necnon quorum ilia & ima ventris debilia sunt & macra, & quorum nervi sunt debiles, coitum omnino vitare debent. Et paucis interiectis: Coitu itidem nemo uti debet, dum est famelicus, neque cum multo cibo ac vino est repletus, neque cum balneo egreditur, neque postquam vomuerit, neque post vètris solutionem, neque post phlebotomiam, vel laborem. Hæc Rasis. Cui concinens Rabbi Moyfes autoritate Auenzoaris in lib. de Regimine vitæ ad Soldanum, ca. 4. Sunt nonnulli (inquit) quibus multum nocet coitus, quibus item parum. At eius nocuentum in iuuenibus, qui sunt humidi, modicum est. Offendit autem senes, & conualescentes ab ægrotudine, & omnes, quibus natura sicca est. Vidimus enim aliquando conualescentem, eodem die, quo coierat, mortuum fuisse. Alium item, cui syncope accidit, & recidiuauit in febrem, & post paucos dies expirauit. Igitur vt in vniuersum dicam, coitus mortiferus est ægris, & conualescentibus, & siccis temperatura. Nec quisquam eum exercere debet ante cibi digestionem, nec cum fame, nec cum siti, nec in ebrietate: nec post coitum ire in balneum, nec ante sanguinis minutionem, nec post eam intra vnum diem. Et Haly Abbas lib. Theoricæ 5. c. 31. Tempus, ait, æstiuum, grauisque æstus, inæqualis aeris autumnus, hæc duo tempora coitus frequentationi minimè opportuna sunt. Sed & alij tam antiqui quam recentiores Medicinæ scriptores multa de ea re ipsa disseruerunt, omnium verò copiosissimè Conciliator, differentia 124. supra non semel aduocata. Michael Sauonarola, quo loco etiam supra citauimus.

- 91 **¶** Ex illis autem antiquioribus, Diocles Carystius in Epistola, quam ad Antigonum Regem de sanitate tuenda scripsit, apud Paulum Aeginetam lib. i. ca. vlt. Veneri indulgere monet hyemali solstitio: & in æquinoctio verno. At in Vergiliarum exortu eam parcissimè exercendam. In solstitio autem æstiuo, & æquinoctio autumali perniciosam eam esse. Strato autem Lampfacenus librum priuatum & peculiarè de concubitu scripsit, vt tradit Diogenes Laërtius, in quo (vt opinor) hunc locum nõ prætermisit, dolemusque hunc nobis fuisse temporum iniuria ereptum. Minus enim nobis negotij & laboris in his colligendis & describendis fuisset. Sed vt tandem in



eo finiamus, in quo hac in tractatione incepimus, si aliis in rebus mediocritas obseruanda est, tūm maximè in concubitu. Quod Euripides optimè, vt cætera, intelligens, hæc ad Venerem locutus, *ἔως μοι, μέγιστος δὲ πῶς ἔως, μὴδ' ἀπολάποις*. Id est, Ad sis quidem mihi, sed moderata, nec mihi desis. Quam & ipsam sententiam citat & approbat Plutarchus, in libro de Sanitate tuenda.

92 ¶ Sed quid proderit ista maritis præscripsisse, cum illis plerunq; non sit liberū, neq; tempus opportunum in eam rem, neque cætera obseruare. Sunt enim pleraque mulieres, nescio & an non omnes, præ coitus infatiabili quadã appetentia tam improba, tam importuna; tam acerba exactrices, vt per illas non liceat maritis modum vllum tenere. Quid faciant igitur? nō possunt sine magno fanitatis & animi & corporis discrimine illis sariffacere, etiam si Proculi illius Cæsaris, & Catalani nescio cuius, & Herculis robur ad coitum obtineant: quorum ille in sua quadam epistola testatus est, se centum virgines Sarmaticas bello captas, quindecim dierum spatio vitiasse, atque ex his decem nocte vna, vt scribit Flavius Vopiscus. Alter quotidie trigefics vxorem cognoscebat, vt diximus supra in prin. huius l. nume. r. Postremus

Proculi Cæsaris robur ad coitum.

Hercules una nocte 50. virgines imprægnauit.

(quod magis mirandum est) vna nocte cum quinquaginta virginibus Thespij Eri-thæi Atheniensis filiabus concubuisse, omnesque grauidas maribus reddidisse, & duas scilicet natu maximam, & minimam, geminis fertur vnã, quam intactam reliquit, & per totam vitam virginitatem seruare, sibi que sacram esse voluit: quod tradit Pausanias lib. ix. quo Bæotica describit. & Theodoritus Cyrenensis, de curatione Græcarum affectionum. Diodorus autem Siculus lib. Bibliothecæ 7. tradit Herculem omnes compressisse, ex hisque tot mares, numero quinquaginta, suscepisse, communi nomine Thespiadas dictos. De quo etiam non nihil meminere Tatianus in elegantissima illa oratione, quam fecit *πρὸς ἑλληνας*, Clemens Alexandrinus in oratione adhortatoria ad gentes, & Arnobius lib. 4. Disputat. aduersus gentes: vbi tamen Thespius pro Thespio errore librariorū scribitur. Nec admodum dissimilis error est apud Athenæum lib. 3. vbi Thesij filias nominat. Ex hoc autem est illud nutricis Deianiræ apud Senecam in Hercule Oetæo:

*Referam quid alias mēne Thespiades vocant?*

*Illudque ipsius Deianiræ ad eundem Herculem, apud Ouidium:*

*Nec tibi crimen erunt Teuthrantia turba sorores,*

*Quarum de populo nulla relicta tibi est.*

Ille enim Teuthrantiam turbam vocat eas sorores Thespij filias, quod Thespius ipse filius fuit Teuthrantis, vt scribit Stephanus & Eustathius Homeri interpretes li. Iliados secundo, in Catalogo. Aeschylus autē in Agamemnone Tragœdia, Thespiam urbem Teuthrantis vocauit. Ouidius lib. 2. Tristium, Eleg. 1. non multo post principium, Teuthrantia regna memorat:

*Forsitan, vt quondam Teuthrantia regna tenenti,*

*Sic mihi res eadem vulnus opemque feret.*

Idēque Cæicum fluuium eius regionis Teuthranteū appellat lib. 2. Metamor. Porro autem (vt redeamus) sunt qui tradunt, Herculem illas virgines septem diebus compressisse: quod mihi verisimilius est. Sed vt ad id, quod dixeramus, reuertamur, nullus adeo potens est ad concubitu, etiam si is sit aut Proculus ille, aut etiam ille Catalanus, aut Hercules, quin aliquando destituatur viribus cupidineis, etiam maxima in cupiditate: ita vt nulla arte id opus exercere possit. Quod sibi aliquando contigisse queritur Ouid. li. ij. Amor. Eleg. 7. Nisi igitur, vt id caput finia, viri vxorum ardori perpetuò satisfaciant, quod tamē semper difficillimū est, vel si se rūtant, vt est in veteri prouerbio, ab ipsis multas molestias patiatur necesse est. Sed & timēdū quoque est, ne aliorum cōgressum insectetur: adeo sunt *φίλανθροι*, atque *μοιχῶν τριαι*: ita enim Plato in Symposio vocat has mulieres virosas, & impudicas.

93 Venerem a feminis arcentia.

¶ Quisquis ergo huiusmodi vxorē adeo coitus appetentem, & virosam, nactus fueris (neque enim omnes tales sunt) illud moneo, vt e boue syluestri nigro sanguine ricini

ricini lumbi perungantur ipsi vxori, vt illi tædiū Veneris fiat, iuxta Osthani Medici sententiam, à Plinio relata lib. 28. c. 19. aut vt alij secāt, 10. Vbi & ipse Plinius subdit ex eiusdem Osthani sententia, amoris quoque tædiū fieri pota hirci vrinæ, admisto propter fastidium nardo. Idem rursus eodem lib. c. 8. ad fin. sed in diuersis locis, autor est, Scinci decoctum cum melle sumptum, atque etiam Hippopotami pellem è sinistra parte frontis in inguina adalligatā, Venerem inhibere. Aspersu quoque cineris, qui ex lyncum corio & vnguibus exustis fit, sceminarum libidines inhiberi. Idem lib. 30. cap. 5. in diuersis locis scribit galli pugnatoris testiculos, anserino adipe illitos, adalligatōsque pelle arietina, sed & cuiuscunque galli gallinacci testiculos, si cum sanguine gallinacci lecto subiiciantur, Venerem cohibere: & qui in vrinam canis suam ingesserit, ad Venerem fieri pigriorem. Quin & eodē cap. stellionis cinerem, in linamento inuolutum, in dextra manu Venerem inhibere, in sinistra stimulare. Idem autem antè, scilicet lib. 27. cap. 8. scripserat, in Thesalia duriorum cynosorchis radicem ad inhibendos coitus valere: molliorem verò ad stimulandos. Idem illo lib. 30. c. 6. scribit puluerem, in quo se mula volutauerit, corpori inspersum, mitigare ardorem amoris. Idem lib. 32. c. 5. tradit Magos dicere, quod arundine transfixa ranæ natura per os, si furculus in mensuris defigatur à marito, adulterorum tædiū fieri. Quæ si vera essent, vt ille ipse dicit, veluti id deridens, multo vtiliores vitæ existimarentur ranæ, quàm leges. Idem quoque eo lib. 31. c. 4. Squammæ testudinum è summa parte derasæ, & in potu data, Venerem cohibent. Dioscorid. lib. Medicinalis materiæ 2. c. 82. tradit scincum decoctum cum lente & melle, aut femine lactucæ cum aqua potum, Veneris cupiditates inhibere.

94 ¶ Galenus lib. 6. de Simplicium medicamentorū facultatibus, tradit viticis semen, florēsq; ac folia, cohibere stimulos & impetus Veneris. Nec tantum esam potamq; ad castitatem conferre, sed etiam substratam. Quod & ipsum tradit Aëtius Terra. 1. Ser. 4. & iterum Terrab. 3. Sermo. item 3. c. 3. 4. & Paul. Aegineta lib. 7. c. 3. & Serapio simpl. cap. 30. 9. Addit autem Galenus, ob eam causam Athenis in Thesmophoriis, id est, Cerealibus, siue facris Cereris, mulieres totum sibi fruticem substernere solere. Hincque illi nomen inditum agni, id est, casti. Quod & ipsum ante eos, tradunt Dioscorides lib. 1. c. 26. & Plin. lib. 24. c. 9. & Aelianus. Ea autem, quæ Latinis vitex dicitur, Græcis (quod iam diximus) *ἄγρο*, ab insita illa vi appellatur. Vulgus autem nostrum Græcæ nomenclaturæ Latina adiecta interpretatione, Agnum castum appellat. De ea autem est illud Tydei, templi Palladi pollicentis, apud Statium Thebæidos lib. 2. ad fin.

De eadem re. Veneris uis in eam rem.

*Centum ibi virgineis voræ Calydonides aris*

*Æt eas tibi vite faces, ab arbore casta*

*Nec lent purpureas niueo discrimine vittas.*

95 ¶ Idem Galenus (vt ad eum redeamus) in lib. de Medicinis facilè parabilibus, scribit rutam esui potuique datam, Veneris appetentiam extingueret: quod & prodit Oribasius Compendij medicinæ c. 6. Ad quod etiam vide, quæ dicam infra nu. 24. incip. sed & legimus, Porphyrius, citante Stobæo Ser. 98. tradit, Salicis fructum cum vino propinatum, libidinis impetum marcore afficere. Sed ante eum Plinius lib. 24. cap. 9. scribit folia salicis contrita & pota, intemperantiam libidinis coërcere, atque in totum eius vsum auferre sæpius sumpta. Quin & eodem loco prodit, si cinis myricæ arbusculæ bouis castrati vrinæ immisceatur vel in potu, vel in cibo, Venerem finiri. Idem lib. 26. capi. 10. tradit nymphæam Heracleam Venerem in totum adimere. Et radicem quoque eius genitalibus illitam inhibere Venerem. Florentinus apud autorem Geoponicōn lib. 12. capite 13. tradit lactucam coitum auertere: ex eoque Pythagoricos ipsam Eunuchion appellare: mulieres verò *ἄσουλίσαι*, quod scilicet ineptos faciat *πρὸς τὴ ἀσουλίσαι*, id est, ad venerea. Quod & Athenæus scribit. Sed tu interim vide, quæ de salice ex Homero, & aliis in Tractatu Medicinæ tradidimus, nume. 197. incip. sed & naturam.

Rute uis.

Salicis.



96 ¶ Idem quoque autor Geoponicôn, eod. lib. 12. cap. 24. prodit mentham rebus veneriis ineptam esse, & incommo- dam: quod & tradit Marcellus Medicamen. cap. 33. vbi ponit mentham inter herbas Veneri contrarias. Quibus ad stipulatur antiquus ille prouerbialis versus, ab Aristotele relatus, Problematon sect. 20. cap. 2.

*Μένθη μὴ φέρει τὴν ἀρετὴν ἐδὲ, μήτε φέρει.*

*Mentham in bello neque edito, neque seruito.*

Cuius rei rationem reddit ipse Aristoteles, quod ea herba membra refrigeret, eo argumento, quod semen genitale corrumpat. Frigus autem fortitudini & audaciæ, quæ bello necessaria sunt, maximè aduersari. Et ei ad stipulatur, quod scribit Gale- nus lib. 6. Simplicius Medicamentorum, capit. 184. quod conceptum vetare dica- tur. Sed his non obscure aduersatur Dioscorides lib. 3. cap. 37. aut aliorum compu- tatione 39. scribens eam herbam calefaciendi vim habere, atque Venerem stimula- re. Cui consentiens Paulus Aegineta li. 7. tradit, eam in tertio ordine esse calidam, & eius rei causa Venerem quoque incitare. Aemilius autem Macer, aut quisquis is est, cum primùm scripsisset,

*Vim calidam siccamque gradu fert mentha secundo:*

Postea tamen subdit:

*Matrici succus si subditur illius, ante*

*Quam fiat coitus, mulier non concipit inde.*

At Hermolaus Barbarus hanc veluti controuersiam componens, Corollarij capi. 363. Fieri potest (inquit) vt per se calefaciat, & per accidens refrigeret: quod in aliis quoque plerisque conspicitur. Porro (vt id obiter dicam) ego aliquando à viro rei medicæ peritissimo audiui, se expertum sæpe fuisse, vt qua die quis eam herbam manducaret, si vulneretur, tantum inde fieri sanguinis profluuium, vt vix vlla arte sisti possit. Quod si verum sit, facilè crediderim, eam esse illius prouerbij rationem.

97 ¶ Aristoteles tradit in Phasi flumine arbusculam nasci, cuius ramus excerptus à viro, & in vxoris thalamum immisus, efficit ne vxor alium virum appetat. Marcellus in lib. de Medicamentis cap. 33. Mulierem (inquit) quam tu habueris, vt nun- quàm alius inire possit, hoc facies: Lacertæ viridis viuæ sinistra manu caudam cur- tabis, eamque viam dimittes: caudamque donec immoriatur, eadem palma clau- sam tenebis, & mulierem verendamque eius, dum cum ea cois, tanges. Albertus Ma- gnus lib. de Animalibus 22. testis est, quod si quis testiculum dextrum lupi oleo mis- tum, mulieris vuluæ cum lana imponat, remouet ab ea coeundi desiderium, etiam si fornicaria fuerit. Idem paulò antè dixerat (quod an sit verum, viderint alij) quod si virga lupi in nomine alicuius siue viri, siue mulieris ligetur, non poterit coire, do- nec nodus fuerit solutus. Sed & alia multa, aliorum autoritate tradit Nicolaus Ni- colus in eo tractatu, quem priuatim scripsit de coitu, quem posuit post Sermonem 6. cap. 7. quibus si vsus fueris in concubitu vxoris, ea nunquam concubitum alterius desiderabit, vt ille dicit.

98 ¶ Mirum est quod veterum monumentis scriptum reperitur, fuisse in Achaïa ciui- tatem Aegiram nomine, ac fontem quoque, & in propinquo fluuium Selennum ab adolescente dictum, qui Aegiræ nymphæ illaqueatus amore, ac desiderio exta- bescens, sit à Venere in eum deformatus. Vnde Selenni aquam id laudis adeptam ferunt, vt ea ablutos amore liberet & viros, & fœminas. Quod si verum est (inquit Pausanias, qui id refert in Achaïcis) *Λυώτερον χυμῶντων ποτῶν δὲν ἀνθρώποις τὸ ὕδωρ τῶ Σελέννης*. Id est, Multis pecuniis pretiosior est hominibus aqua Selenni. Sed quod id credibile facit, est alius fons Salmacis nomine in Caria, qui è diuerso eos, qui ex eo biberint, venereo morbo implicare traditur, vt videre licet ex Pom- peio Festo. De qua re tamen vide quæ scripsit Ouidius lib. 4. & 15. Metamor. & Stra- bonem lib. 14. & Vitruuium lib. 2. cap. 8.

¶ Nec

99 ¶ Nec interim præmittendum quod cum aliquando incredibile ardor libidinis fœminas Romanas inuasisset, adeò vt ferè omnes sine vilo pudore in Venerè rueret, Senatus inspectis libris Sibyllinis, per Quindecimuiros censuit vt Veneris Ver- ticordiæ simulacrum consecraretur, vt fœminarum corda à libidine ad pudicitiam verterentur: quod posteaquàm factum est, omnium sedatus est ardor. Cuius rei meminit Valerius lib. 8. c. vlti. Et Ouidius 4. Fast. his versibus.

*Roma pudicitia proauorum tempore lapsa est,*

*Cum eam veteres consuluisse animum:*

*Templa iubet fieri Veneri, quibus ordine factis,*

*Inde Venus verso numine corda tenet.*

De quo etiam nonnihil per La. tantium Cælium Grammaticum interpretem Sta- tij in lib. 5. Thebaïd. super eum locum,

*--Et Idalios procul ablegasse volucres*

*Fertur.--*

Vbi & in id refert illud Virgilij lib. 4. Aeneid.

*Quæ mihi reddat eum, vel eo me soluat amantem.*

Veluti Venus non tantùm amores iniiciat, verum etiam eosdem auferat. Hanc au- rem Venerè Verticordiam eam dici putat Lilius Gyraldus, Syntagmate 14. Histo- riæ Deor. quam Pausanias lib. 1. *ἑπιστορίαν* vocat. Id enim tibi obiter dicere volui.

100 ¶ Memoratur & saltus Leucadius, qui ad sedandos amoris æstus valere credebatur. Huius meminit Strabo lib. 10. vbi ex Menandro (cuius versus adducit) tradit Sappho Cupidinis æstro percitam, sese in eum locum præcipitem dedisse. Ver- sus Menandri hi sunt:

*Τὸν ὑπέρομβον θηρῶτα περιῶν*

*ἑστῶν τι πόθα ἔβηαι πῆτρας ἀπ' τηλεφανός:*

*Ἀλλὰ λέει δὲχην σὴν δέσποσ' ἀναξ.*

Subdit tamen Strabo, antiquiores scriptores credidisse, non Sapphò, sed Cepha- lum, primum omnium hic saltasse, captum amore Ptaolæ, aut (vt alij vocant) Pterelæ Deïonei filia. Verùm Ouidius in Epistola ipsius Sphus ad Phoenem, tra- dit Deucalionem primum id fecisse, amore Pyrrhæ percitum, illis versibus:

*Hinc se Deucalion Pyrrhæ succensus amore,*

*& cætera, quæ sequuntur.*

Sed Charon Lampfacenus in Historiis, & ex eo Plutarchus in lib. cui titulus est, *ἡρωικῶν ἀρετῶν*, id est, mulierum virtutes, scribunt Pholum Phocensem, ex Codri progenie, à petra Leucadia se primum omnium præcipitare aufum: & ex eo saltu nonnullos occubuisse, & inter cæteros Sappho, quod (vt plurimi arbitrati sunt) viriles, non muliebres saltus, ingredi ausa fuisset: vt etiam Calyco, vt tradit ipse Strabo, vbi suprà. De qua etiam nonnihil Aristoxenus Musicus.

101 ¶ Nec posteriores Medici hanc partem prætermiserunt, sed multa passim ad inhi- bendam Venerem conscripserunt: Marcellus d. cap. 33. di. lib. Medicamentorum, Aëtius Terrabibli 3. Serm. item 3. cap. 34. Alexander Trallianus lib. 9. cap. item 9. Paul. Aegineta lib. 1. cap. 38. Haly. Abbas lib. Practicæ 8. capit. 6. Auicenna 2. tertij, tract. 1. cap. 25. cum multis sequentibus. Rasis lib. Continentis 11. cap. 4. Trotula in lib. de Passionibus mulierum, cap. 36. Arnaldus à Villanoua lib. Breuiarij 2. ca. 26. Guarnerius in lib. de Aegritudinibus matricis, cap. 11. & omnes ad vnum, quot- quot differuerunt de curatione satyriasis & priapismi, & gonorrhœæ, id est, vt ipso nomine ostenditur, genituræ fluxus, siue profluuij (ita enim is morbus voca- tur, non, vt vulgò dicitur, Gomorrhœa: ) ex quibus illinc, quæ volbes, assumere poteris: nam si singula minutatim percensere vellem, dies me deficeret. Sed iis præ- cipuè vtendum est (ne id præmittam, quod nosse imprimis necessarium est) eum floret scolymus, id est, carduus: tunc enim fœminas libidinis auidissimas esse, vi- ros contra in coitum pigerrimos, tradunt: vt & nos diximus suprà in 9. lege con- nub. numero 125. at illud certè.

102 ¶ Sunt & alia, quæ, si modicè coieris, sunt non modicùm opitulatura. Sed inter Veneri immo-